Actum tale est de Assisio. Massius Martini suũ 2dixit testamẽtũ, z iter cetera sic disposuit, Itẽ reliquit sue filie vnã petiã terre, z i his eã sibi heredẽ instituit q de bõis suis pl⁹ petere nõ possit. Deinde post legata facta diuersis personis ita disposuit. In oibus alijs bonis Marcutiũ filiũ suũ sibi heredẽ vniuersalẽ instituit z fecit, z si dictus Marcutius intra tẽpus xxx. ann. sue etatis decesserit sine filijs. q de bonis Marcutij z hereditatis pdicte deueniat, z deuenire debeat ad fraternitatẽ vna petia terre, z vna petia terre ad eccleſiã sancti Fracisci, z vna petia terre deuenire debeat in Franciscã suã filiã, z sic singulariter de bonis disposuit. Mortuo pdicto Massio decessit Marcutius pdictus eius filius legitimus z naturalis ipubes, superstite sibi dicta Fracisca sua sorore, z filia dicti
1 Massij, impubere. ¶Querit mõ qd iuris de hereditatibus pdictis quo ad legitimã ipsius. Et videt dicẽdũ, q dicta Fracisca debeat habere sine omni onere legitimã iure nature, l. quoniam prioribꝰ. C. de inof. tes. z si aliquid deest, potest agere ad supplementum. l. omnino. C. eod. que legitima portio est medietas tertie partis, quã partẽ tertiam ipsa Fracisca, z predictus Marcutius erãt habituri ab intestato de hereditate dicti Massij. vt in au: h. de tri. z semis. §. frequẽter. in aut. no uissima. C. de inoff. testamen.

testamen. z quod ibi not. Item videtur, qꝫ predicta ¶ Francisca cũ sit proxima: dicto Marcutio, quod eidem succedat ab intestato, vt in aut. de here. que ab intel. §. reliquum. z quod ex persona dicti Marcutij petere possit legitimã portionẽ, siue debitũ bonorum subsidiũ, que est alia medietas dicte tertie partis. Nam dictus Marcutius, nec per legatũ, nec per aliud grauamen potuit grauari per dictũ Massiũ eius patrẽ: vt d. i. qm̃ in prioribus. Quod sic probat: certũ est quod pater tenet dare, z de necessitate relinquere filio debitũ iure nature, vt in auth. de heredibus z Falcidia. §. j. ergo ratione predicta non pot aliqꝫ onus, vel grauamẽ imponere. l. si seruo. de hered. instit. z l. vnic. ex familia. in prin. ff. de leg. ij. ergo non pot a filio legari ratione legati facti de legitima, cũ filius sit creditor patri in dicta legitima, vt no. l. si quis legatũ. ff. de fal. ¶ Preterea si libertꝰ legat patrono debitã sibi portionem, si non pot patronus in dicta sibi debita portione legata grauari. l. cũ patronus. z ibi no. ff. de le. ij. multo minus filius per patrẽ ratione dicte legitime pot grauari per legata, cũ fortius sit ius legitime portionis in filio, qꝫ
a ius portionis debite patrono. d. l. si qs legatis. de fal. † Preterea ius Falcidie iure institutionis debilius est, vt no. in auth. de hered. z Fal. §. si quis aũt. z non cadit in fideicõmissum vel legatũ. ergo multo fortius debitũ bonorũ subsidiũ. l. coheredi. §. cũ filie. ff. de vul. z pup. ¶ Preterea, cũ in debito bonorũ subsidio sibi non onerauit predictus Massiꝰ, qꝫ ptz: qz ex necessitate te-
a netur dimittere, ergo nõ potuit ipsum onerare legatis in illo, qꝫ sibi de necessitate reliquit. l. si arrogator. ff. de adopt. z l. ab eo. C. de fideico. z l. cũ pater. §. Titio. ff. de leg. ij. cu suis concordã. ¶ Preterea, si pater non pot substituere filio per fideicomissum in bonis filij, z in debito iure nature: vt d. l. coheredi. §. cũ filie, z no. in d. l. qm̃ in prioribꝰ. C. de inoffic. test. nec codẽ iure legare,
3 nec aliud grauamẽ imponere, vt ꝫ. probatũ est. † Et est aduertendum circa hoc, qꝫ in debito iure nature predicte Frãcisce, z in supplemẽto fiendo sibi ad legitimã portionẽ non coputat legatũ relictũ ipsi Francisce post mortẽ Marcutij sui patris. l. licinius. §. j. C. de inof. test. sed ex alia substantia testatoris debet fieri repletio, vt ibi patet. ¶ Quæritur modo, qz d. Frãcisca dicit se nõ habere legitimã, an agere possit ad supplementũ: z si pot, an petia terre relicta ecclesie sancti Frãcisci possit defalcari occasione Falcidie. Trebellianice, vel debito iure nature, presupposito, qꝫ extra dictam petiã terre sint bona sufficientia ad legitimã dicte Francisce. Itẽ quæritur scdo, an dicta petia terre relicta dicte Frãcisce post mortẽ dicti Marcutij, coputet sibi in legitima. Itẽ tertio quæritꝫ, si alia bona sufficientia ad legitimã nõ reperiũtur, de quibus bonis in legatis factis in dicto testamẽto detrahi debeat dicta legitima. Itẽ quarto quæritur, an dicta Francisca possit aliquid petere in hereditate dicti Marcutij defuncti in pupillari etate. Item quinto quæritur, ¶ quãta sit le-
4 gitima dicte Frãcisce. ¶ † Ad primũ, nõ est dubiũ qꝫ pot age-
b re ad supplemẽtum etiã si essent instituti pauperes, vel ecclesia: vt no. in l. si quis ad declinandã. C. de epi. z cle. Itẽ Falcidia, vel Treb. fm̃ verã opinionẽ, non hꝫ locum in relictis ad pias causas, debito vero iure nature opꝫ suppleri pro rata d, tam de re-
c bus que remanserũt apud heredẽ, quam de rebus legatis, vt patur expresse in l. si libertus. ff. de bo. lib. z hoc est qꝫ dicit text. in l. scimꝰ. §. repletionẽ. C. de inof. te. §. hoc fieri ex substãtia, z rebus testatoris, q. d. hoc onus reꝫcit ipsas res. Non ob. text. in auth. vt cum de ap. cog. §. ceterum, qz ibi dicit suppleri ab heredibus fm̃ leges, sed fm̃ illas non tenetur nisi pro rata, ergo, ꝛc.
5 z sic ex petia terre relicta fratribꝰ fiet repletio ꝓ rata. ¶ † Ad fm̃ dico, qꝫ dicta petia terre computat in legitimã. l. qm̃ nouella. C. de inof. te, z ab ipso initio deducit dilatio tpis seu cõditio. d. l. qm̃ in prioribus. co. ti. Non ob. d. §. repletionẽ. qz loquit in repletione facta legatario, vt ibi no. gl. ¶ Ad tertiũ est iam in primo risum. ¶ Ad quartũ vero dico, qꝫ substitutio facta Marcutio nõ fuit directa: fuerũt eĩ legata, seu fideicõmissa singularia relicta post mortẽ, z sic nõ trahit ad directã, nisi exprimat p testatorem, vt not. Dy. in l. cogi. §. generaliter. ff. ad Treb. z ibi
ter. Unde in legitima Marcutij succedũt venientes ab intestato, vt ipsa filia, vel aliqui, si qui sunt equales, ꝛc. ¶ Venio ad quintum, z dico, qꝫ illud non hꝫ dubium: qz legitima est tertia eius qꝫ habitura fuisset ab intestato, sed ab intestato habuisset dimidiã, vnde legitima est tertia dimidie: z sic sexta totius Bar.

ADITIONES.

a Tho. D. ¶ Ipsum onerare. Vide ¶ Pau. de ca. in cons. ccxxv. z ccxvj. incip. super primo. z Alex. de imo. in l. in quantitate. ff. ad legem Falci. cum concord.

b ¶ Ad primum. Vide Bar. in l. in quartam. ff. ad legem Falci. z ibi in additionibus impressis.

c Tho. D. ¶ Ad pias causas. Vide ¶ Pau. de ca. in cõs. ccxxv. incip. videndum est. z Aud. Roma. in consi. ccvj. incl. licet de communi.

d B. L. ¶ Suppleri pro rata. Circa hanc partem in qua bar. cõcludit, qꝫ legitima suppletur pro rata heredũ. z legatorũ. quatuor fuere opiniones. prima Bart. secũda Ang. in l. ¶ Papinianus. §. si conditionem. ff. de inoff. test. dicentis, qꝫ solũ contra heredem agẽdum est. per d. §. ceterum. vbi dicit esse casum meliorem de corpore iuris. dicit tñ qꝫ si legatis exhausta sit hereditas, qꝫ tunc poterit habere recursum ad legatarios. z ita dicit loqui Ray. z Bar. z si dicatur, quo iure aget contra legatarios: quia personali non sunt obligati, nec reali: qz postquã corpora hereditaria sunt ipsis legata, dominiũ nunquã fuit penes filiũ, ergo non competit in rem actio. ff. de rei ven. l. in rem. Rñ. Ange. dicens, qꝫ lex obligat ipsos legatarios. z hic aget condictione ex l. vel act. in factũ. Vel tertio, heres repetet a legatarijs tanqꝫ indebite solutum, z refundet filio, non obstan. legi. per Bar. alle. qz dicit, qꝫ ibi oẽs instituti erãt. z cũ hac opinione transit Joã. de Imo. in l. in quartã. ff. ad leg. Fal. z in l. suus quoq; in fin. ff. de hered. instit. vbi dicit hanc opinionẽ esse de iure veriorẽ per d. §. ceterum. Et hꝫ ista opinio sit satis equa z colorata, non tñ vꝫ vera. per d. §. si libertus, qui loquit in herede, z legatario, z tñ vult tex. suppleri pro rata. Tertia fuit opinio ¶ Pau. de ca. de mẽte Sali. dicentis, qꝫ si legata consistũt in ꝗtitate, qꝫ tunc solum contra heredem agendũ est. Si vero consistunt in speciebꝰ hereditarijs, tunc si filius vult habere partem. pot a legatarijs partem venditare. z ita tenet consi. cciv. z ita dicit loqui Bart. Sed mihi videtur, quod iura alleg. per Barto. loquantur simpliciter, non habito respectu ad corpora nec ꝗtates. Quarta fuit opinio Bald. in l. omnimodo. C. de inoffic. testamen. z in d. l. suus quoque. dicentis in effectu idem quod dicit ¶ Pau. de ca. sed non aperit, quid si tota hereditas consisteret in quantitate: qz ¶ Pau. dicit, tunc solum heredem teneri, in alle. comm. z esse casum in d. §. ceterum. Mihi placet opinio Bar. per iura que ipse allegat, que non faciunt aliquas differentias. hꝫ solũ volunt pro rata teneri heredes z legatarios, ad §. ceterum. patet solutio.

CONSIL. XXXV.

Si duo erant socij bonorum, z vnus intrauit monasterium per annum ad seruiendum ibi, qz voluit, non propterea soluta est societas. Item quomodo soluitur z contrahitur societas.

1 § Lucra quesita ex pecunia, z cum pecunia alicuius, non pertinent ad illum, cuius est pecunia.

2 Societate non receditur voluntate, nisi per modum renuntiationis tacite vel expresse.

3 Absentia alterius ex pluribus socijs non dissoluit societatem.

4 Libris rationum duorum sociorum creditur.

a ¶ In prima facie videtur, quod Amatutius non tenetur ad communicandum lucra per eum quesita, z maxime eo tempore quo dictus Franciscus fretit in ecclesia sancti Francisci ad seruiendum fratribus secundum votum dicti Francisci. Primo enim qz tempore quo fuit in dicto loco, videtur dictus Franciscus voluisse recedere a societate, quam habere videbatur cum dicto Amatutio, ex eo qz sola voluntate societas dissoluatur: z ipse voluit seruire fratribus vno anno, z mercantiaꝫ vlterius non exercere, per quod societas dissoluta videtur: z per hoc lucra quesita dicto anno per Amatuciũ non videntur communicanda, vt ff. pro socio. l. verum. §. fina. cum suis concordã. Item qz lucra quesita industria z diligentia querentis non communicantur. l. venditor. ex hereditare. ff. de hered. vend. z ff. ad legẽ Falci. l. si heres instit. z ff. ad Treb. l. posteaquam. §. sed z in huiusmodi. C. communia vtriusqꝫ in. l. ij. z l. si patruus. z C. arbit. tut. l. si defunctus. † Item quia lucra quesita ex pecunia, z
1 cum pecunia alicuius non pertinent ad illum cuius est pecunia regulariter, licet casualiter contingat contra, vt no. in l. si vt ponis. C. de rei vendi. z in d. l. si patruus. z l. z si de tua pecunia. C. de rei vendica. z C. si quis alte. vel sibi. l. j. cum similib. ¶ Sed non obstantibus predictis, videtur quod dictus Amatutiꝰ lucra, de quibus queritur debeat communicare Francisco predicto. Ratio est, qz in puncto proponitur, quod per multos dies, z menses ante, communiter emebant, z vendebant pannos, a qua societate non fuit recessum per votum dicti Francisci, quãmis dictus Franciscus steterit per annum cum dictis fratribus: qz
2 a societate fm̃ nõ receditur volũtate, nisi per modum renũtiationis expresse, vel tacite, vt ff. pro soc. l. actionem. §. qꝫ dicũ, z d.

l. verum. ff. fi. & l. societatem. ff. dissociamur. Quia ergo ex narratis in puncto non apparet de aliqua renunciatione facta per dictum Franciscum, tacita, vel expressa, ex quo debeat dicta lucra non communicari d. Fran. Nam iura volunt, q absentia alterius
5 per pluribus socijs non dissoluat societatem: vt ff. pro socio. l. demq. ij. nisi renunciatio fieret per socios presentes, ergo remanent socij, & dictus Franciscus imisset. ad seruiendum fratribus, & maxime q dictus Franciscus committebat dicto Amarucio ministrare communia negotia, & post dictum votu huiusmodi commissionē nō renouauit: igitur prima steterit dicta societas, vt d. l. idemq. ij. responso. Nec de aliqua tacita renunciatione apparet, & ideo non fuit a societate recessum, & cōsequēter sunt lucra, de quibus queritur cōicanda, vt ff. pro soc. l. ita quoq. Nec ob. c. ti. l. si fratres. ff. idem Papinianus. & ff. per Zium. in quibus vident leges velle, q ilia que nō querunt pleno iure, & non apparet vsi vnus sumeret, non sint cōicanda inter fratres: in casu vero nostro apparet de societate contracta omnū bonorum inter predictos Fräciscū & Amarucium, saltem ex tacito cōsensu, iuxta ea que in puncto narrantur: & consensu solo tacito vel expresso societas contrahitur. l. cōsensu. ff. de act. & obl. & l. tanditu. ff. pro soc. & ff. de pac. l. iurisgentium. ff. adeo. † Insup ergo hoc idē
4 inuenio in libris rationū quibus statur: vt l. quidā. ff. numinarios. ff. de eden. & ibi no. in l. Iesennius. de neg. ge. l. rones. & l. ex plo. C. de pro. & q ibi no. cum ff. vbi, & in quibus apparet Amaruciū ibi scripsisse cōi nole rōnes suas, etia in anno mortalitatis quo prefatus Franciscus fuit cū fratribus. Et pro tāto si predicta oia cessarent, que fundameta etiam cessare non possunt: q de iure vera sunt, ex hoc solo fundamēto dicta lucra sunt cōicanda dicto Fräciſco, per ea que no. per gl. in o. l. si patruus, & ff. de admi. tut. l. Titium & Meuiū. ff. altero. dum dicit ibi gl. in verb. non compēdium, ibi, Sol. hic suo proprio nomine non communicat, &c. vt no. ff. de vsufr. l. g. l. vlt. C. commu. vtri. iudi. l. si fratres, ex quibus concluditur dicta lucra communicanda fore. Ego Jo. Bagliaren. de Sen. Legum doctor.

ADDITIO.

a Th. D. Ex prima facie. De his que dicit Bar. in isto consi. vide Lud. Ro. in cōsi. ccxcj. inci. cū itris Fratres. & vide Bar. in l. Titium & Meuiū. ff. altero. ff. de admi. tu. & ibi adde Alex. de Imo. in ver. & ideo. Licet hoc consi. nō sit Bart. vt ex eius subscriptione apparet: tñ iudicio meo recte cōsuluit, ad cuius cōfirmationē, vide Pau. de ca. cōsi. ccxxxiij. inci. in cā, que vertitur.

CONSIL. XXXVI.

Si statuto cauetur q̄ instrumenta decennalia, de quibus non est facta executio sint cassa, non videtur hec dispositio extendi ad possessionem ex primo decreto, q̄ iam videtur facta executio. Item quando opus inceptum habeatur pro completo, &c.

1 ☞ Verbum facta verificatur etiam in eo q̄ est inceptum & nō perfectum, quando tendit ad fauorem.
2 Statutum annullans debitum dicitur esse odiosum.
3 Inceptum, in quibus factum dici possit.
4 Missus ex primo decreto in possessionem tenet, seu detinet possessionem etiam stante statuto, &c.

Statuto ciuitatis Assisij cauetur quod omnia & singula instrumenta facta a decē annis retro, de quibus non esset petita nec facta executio, sint cassa & vana, & nullū habeāt valorē, & exequi nō possint, nec probent, nec fidem faciāt super defensione possessionis quam tz creditor, vel ille qui ius haberet a creditore, non ab alio, &c. Contigit, q̄ Balameotus Judeus petijt executionem cuiusdā instrumenti contra quosdām suos debitores intra decez annos, & factū fuit eis preceptū quod comparerent coram iudice ad recipiendū preceptū de soluendo, vel de stando in palatio, quibus non venientibus, factis soleniter citationibus, facta fuit missio contra eos ex primo decreto, demū elapsi sunt x. anni. ¶ Hūc queritur, an vigore dicti statuti instrm sit nullius valoris, an remaneat validum tanq̄ executione facta. ¶ † Quod probatur sic, verbum factum, q̄n tendit ad fauorē, verificatur in eo quod est inceptum,
2 & non perfectū: vt l. z si non sunt. ff. quid ergo. ff. de auro & argē. leg. vbi appellatione argenti facti continetur argentum ceptū,
2 vt no. in l. rei appellatio. ff. opere. ff. de verb. sig. † Sed in proposito, q̄ instrm debiti annihiletur, & sic debitor cum aliena tactura
b liberetur, est odiosum: vt l. si. in fi. C. de edic. di. Adria. tollen. & ibi not. & per Dy. in cap. possessor. de re. iur. in vj. & ff. ex quibus causis maior. l. sciendum. ergo eius contrarium est fauorabile. cum igitur quo ad fauorem tendat quod executio incepta intelligat facta: ergo sic debemus intelligere. Cōcludit ergo. q̄ videt executio facta: & sic remanet instrm validum, ad q̄ facit q̄ dies. cepta habeāt p cōpleta, q̄n tractamus de fauore, vt notat in l. iij
3 ff. minore. ff. de minori. † Preterea, in his que nō habent certam & limitatā formam, illud q̄ est inceptum, ex propria significatione dicitur factum: vt puta cū de opus factum, & sic loquit indeterminate, tunc si aliquis voles facere vnam domum, & faceret vnū parietem, diceret feciſſe opus: & verum est illū parietem esse opus: vt l. stipulatio. ff. opus. ff. de ne. no. ope. nūc. seu executio nō habet certam & limitatam formā. Illā si debitor capiatur & detineatur, executio est. Cum ergo nō habeat certam, & limitatam formam executio, apparet q̄ si quid est factū de executione, recte diceret, executio est facta. Hoc sentit Oldr. in l. si quis pl. ff.
4 quedā. ff. ad leg. falc. † Preterea statutū dicit, probēt & fideiu-
c entes super defensione possessionis quam tenet creditor, vel ille qui ius habet a creditore, & non alter, sed missus ex primo decreto in possessionem, licet non possideat possessionē, tamē detinet, seu tenet. Ergo ad possessionem dictarū possessionum quas tenet ex primo decreto, instrm erit validum sed defensio possessionis quam quis habet ex primo decreto, est vt perueniat ad fin decretū, per q̄s precluditur via debitori, & aliis, ne audiant de possessione: ergo apparet, q̄ peruenit ex virtute dicti instrumenti, & processus facti ad secundum decretum.

ADDITIONES.

a Th. Di. ¶ Verbū factum. Verificatur quando est ceptum, vide Bart. in l. z si non sunt. ff. inferri. que est in l. cū aurum. ff. de auro & argen. leg. & vide omnino Bal. in cj. si quis de manso. in vlt. col. in ver. ponequidam habebat. de cōtro. inue. in vi. seu. tamen ob. illud q̄ dicitur in l. pe. C. ad Sil. q̄ factum non dicitur, donec aliquid supereſt faciendum, nisi in delictis. Fin. Bal. ibi. q̄s cogita. & vide Jas. in l. j. ff. hec verba. in j. col. ff. q̄s quisq̄ iuris. vbi alle. Bar. in consi. q̄ inci. statuto ciuitatis Assisij cauetur, quod si qua mulier, &c.
b Ber. Lan. ¶ Odiosum. Vide Pe. de anch. cōsi. celix. & cōsi. cij.
c ¶ Statutū. An statutum de quo supra valeat, dicetur infra consi. lxxxvj. vbi melius.

CONSIL. XXXXVII.

Statutū laicorum, quo cauetur q̄ monachus non succedat in bonis patris, si fuerit post professionem in monasterio per annum, valet si est factum ante monasterium, secus si post, nec dicitur contra ecclesiasticam libertatem. Item substitutus filio compendiose venit ad hereditatem, si filius moriatur viuente patre.

1 ☞ Statutum quod monachus non succedat, an valeat.
2 Statuto potest fieri quod potest fieri per pactum.
3 Substitutus filio compendiose venit ad hereditatem, etiam si filius moriatur viuente patre.
4 Vulgaris in substitutione compendiosa continet filio decedente ante aditam hereditatem.

a **Quidam** Cola[a] Pauli suū condidit testamētum, in quo sibi heres ē vniuersale instituit Nofrium suū filiū, & si dictus filius suus decederet sine filijs, voluit & reliquit Ciccio suo filio, qui erat monach[o] S. Benedicti in vita sua duos modios terre, &c. post mortē d. Ciccī hereditatē reliquit Magnutio, & Agnolutio Cecce, post mortē filij sui, & heredis oia bōa sua deuenīat ad Magnutiū, & Agnolutiū Cecce, hic Nofrius i pupillari etate & testitus decessit añ mortē dicti Cole sui patris, demū decessit. Cola, demū decessit dict[o] Ciccius post pfessionē & statutū erat q̄ q vel que steterat p annū i monasterio post pfessionē nō possit venire ad successionem bonorum patris vel matris, vel aliquid petere. ¶ Queritur modo, an, & cui hereditas dicti Cole deferatur. In questione predicta, primo venit examinandum, an dictus testamentum sit nullum, q̄ in eo dictus filius monachus, nō fuit in
1 stitutus. † Ad quod est videndum, an statutū q̄ monachus nō
b possit succedere, valeat. Et videtur q̄ nō est validū, quasi sit cōtra libertatez ecclesie, cum videatur clericis & monachis esse cōcessum, vt succedant parentibus nullum impedimentuz sibi generando, ex eo q̄ monachus est effectus, vt C. de episco. & cleri. l.
2 Deo nobis. ff. etiā. & ff. seq. † In contrariuz videtur q̄ tale statutum valeat, quod enim potest fieri per pactum, potest fieri & per statutum. l. non impossibile. ff. de pact. & quod ibi not. & C. de decu. in rub. & no. in l. nec ex pretorio. ff. de reg. iur. sed per pactum potest quis renunciare, ne quis deueniat ad successionem patris bonorum, & valet tale pactum, si sit iuramento firmatu & vt c. quamuis. de pac. lib. vj. ergo potest fieri per statutum. ¶ Pro hoc etiam facit, quod not. Dyn. in cap. indultum. in vltima questio. de regul. iur. lib. vj. Sed nulli dubium est q̄ si monachus ante monachatū fecisset pactū de nō succedēdo patri vel matri, quod tale pactum valeret, & talis monachus non succederet, ergo eadem ratione statutum quod est quedam sponsio, vel pactū totius Reipublice, vt l. j. ff. de legi. adferimus illum monachum, ante, vt nō succederet patri si cum monachum effici cōtingeret

Et

Et per hoc nō obstat quod dicitur, q̄ est contra libertatem ecclesie, seu ecclesiasticarū personarū: q̄ illud esset verū si qs diceret q̄ illud statutū astringeret monachos qui olim erāt monachi tempore quo factū fuit tale statutum q̄ fieri non posset. Sz in ꝓposito bene potuit astringere omnes laicos maiores z minores vt nō succederēt si eos monachari contingeret: sicut etiā
c per pactū ipsi se astringere possent, vt dictū est, quod statutum ligat maiores, z etiam minores, vt est casus in l. fi. sine herede. §.
* Lucius. ff. de admi. tut. Concluditur ergo, q̄ dictū statutum* valeret, vt dictus filius monachus non succedat z sic preterit⁹ nō rūpit testamētum vt l. j. §. pe. ff. de bo. pos. contra tab. ¶ Secundo est vidēdum ad quem dicta hereditas debeat peruenire.
3 †Ad q̄ rñdetur q̄ dicta hereditas debetur dicto Agnolutio Lecce substituto, q̄ admittit ex vigore substitutionis vulgaris comprehēse in cōpēdiosa. Certū est eiā q̄ dictus Agnolutius Rofrigio compēdiose si Rofrius decederet sine filijs. Aut eiā dicimus dictū substitutū debere intelligi per pupillarem directam in tēpore pubertatis, vt videt sentire gl. insti. de pupil. substi. in glo. ij. z videtur casus in ca. si pater. de test. in vj. z tūc dicimus substitutum succedere ex vigore vulgaris tacite comprehēse in pupillari. l. qui vētri. z ibi no. ff. de ventre inspic. z l. fi. C. de inst. z substi. que vulgaris substitutio locum hz filio decedēte in vita patris. d Aut dicimus istā substitutionē esse cōpēdiosam, q̄ō verum est. z tūc in ista compēdiosa continetur vulgaris filio decedēte ante aditā hereditatem, †vt tz Jaco. de are. in l. precib⁹. C. de impub. z alijs subst. z ibi hoc tenuit Ly. in versi. hic restat videre de cōpendiosa. z hoc etiā tenuit Ray. de Fo. z de hoc est tex. secūdum vnam lec. in l. Hall⁹. §. quidā recte. de lib. z posth. prout ibi gloss. ponit casum, quod testator dixit, filium instituo, z nepotem substituo. nam dicta verba habēt locum z intelligūtur filio decedēte in vita patris, vt ibi pz in proposito. Si dixit testator, si filius meus decesserit, &c. omnia alia bona deueniant in Agnolutiū, &c. q̄ō verbū deueniant, est verbum cōmune, sicut z verbum substituo, est aptum ad directam, vt notat Jmo. extra de testa. ca. Ray. in gl. in verbo, deueniant, &c. Et sic concluditur quod ꝓ dicto substituto est casus in d. l. Hallus. §. quidam recte. secundum predictam lec. positā in gl. que ab omnibus tenetur. Nec dicat aliquis q̄ aliquando substituti ex re certa vel incerta q̄titate admittātur, q̄ licet verbum cōe deueniat, vt verbū relinquo, z simile, non trahitur ad institutionem q̄ nullius alius reperitur heres in testamēto. tū hoc est verum si adiciatur vniuersitati bonorū, vt l. bis verbis. in princi. ff. de here. instī. secus si adiciatur certe rei vel q̄titati, vt l. cogi. §. generaliter. ff. ad Treb. z ibi hoc no. per Dy. nā in relictis particularibus inter verba directa z obliqua non est differētia. vt l. omne verbum. in pr̄m. C. commu. de lega. Concluditur ergo dictum substitutum admittendum esse vigore vulgaris comprehense in compendiosa, &c.

ADDITIONES.

a Th. D. ¶ Quidam Cola. Hoc consilium ponitur per Bar. in consi. xl. inci. super eodem. ibi videas.

b ¶ An statutū. Adde qō idem quod consuluit Bar. hic, tenet idem Bar. in l. fi. C. de pact. in ver. ad istam questionē. cum concor. de quibus per Jas. ibi in ver. successiue querit Bar. Tamē opi. Bar. in isto cōsi. z in d. l. fi. non conuenit, vt plene prosequit do. Jas. ibi, in ver. tene contra Bar. z vide Fel. in c. ecclesia sancte Marie. de consti. in ver. vj. quero. de cōsti. z Bap. Seue. in l. j. C. de summa trini. z fide catho. in vlt. col. z do. Abb. in cōi. cxj. in causa Catharine monialis, in secundo vol. z Alexā. in consil. cxvj. incip. visa facti narratione. vol. ij. z in consi. xlj. inci. ex multis. vol. vij. ¶ Vide late de hac re Pau. de cast. consi. cccxxxvij. z Bal. consi. ccxlj. lib. ij.

c ¶ Per pactum. Nota regulam quam facit Bart. hic, q̄ illud q̄ potest fieri per pactum iuramento firmatuz potest fieri per statutum. Idem tenet Bar. in l. fi. C. de pac. z Bald. in l. j. C. de summa trini. z fide catho.

* B. L. ¶ Dictum statutum valeret. Quo me vertam nescio, cū recedere ab opinione dñi consulentis graue sit, z graue etiaz sit contra personas ecclesiasticas consulere. ꝓ confirmatione tamen conclusionis de qua supra, est videndus Bar. in l. fin. C. de pac. z in l. filius familias. §. Huic. ff. de lega. j. z Jacob. butr. in l. Deo nobis. C. de epis. z cleric. Bald. autem in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verbo. oblig. sequitur Bar. cum modificatione quod valeret sed non quo ad legitimam. Contrarium tamē mihi videtur verius per ea, que ipsemet Bartol. voluit in l. privilegia. C. de sacro sanc. eccle. vbi vult non valere statutum per q̄ō clerici, seu ecclesiastice persone magis timidi reddantur: sed si valeret hoc statutum, redderentur magis timidi, cum post professionem sint ejecti ab hereditate, z ante non. z sic dictum statutum facit eos deteriozis conditionis, post, quam ante ingressum erant. d. l. Deo nobis. Et illud dicitur esse cōtra libertatem ecclesiasticam, quod aufert ecclesiasticis personis ea, que sibi in primilegium per principem cōcessa sunt, per quā ablationem equiparantur laicis, for Jmo. in c. nouerint. de sen. excom. z doc. in auth. cassa. C. de sac. san. ecc. quanto magis q̄ aufert eis id, q̄ā a iure cōmūi est concessum, z per hoc efficiuntur deteriozis conditionis, quam alie non ecclesiastice persone. Preterea contra facit §. sed hoc presenti. in auth. de sanct. episc. vbi illa dispositio tanquam turpis reijcitur per quam impeditur ingressus monasterij. z propter ingressum quis nō est ditior quandus. z ita firmat Ang. in l. fi. C. de pac. in queſt. sua inci. Nobilis quidam genere. Bald. in l. ij. C. vt in pos. leg. z in d. l. Deo nobis. in l. cūctos populos. C. de sacros. ecc. Jmo. in d. l. stipulatio hoc modo concepta. z Sa. in d. aut. cassa. Bemianus in c. q̄uis. de pac. li. vj. Pe. de anch. in c. canonuz statuta. Panor. in c. ecclesia S. Marie. de consti. Pau. de ca. consi. cclv. inci. primū dubium de quo queritur. z ad corroboratiōnē faciunt que voluit Ang. consi. xlvij. incip. Quidam Franciscus. cum in dubio adherendum sit opinioni, que fauet ecclesie. l. sunt persone. ff. de relig. z sumptib. fune. videtur dicendum tale statutū nō valere. Vide late Pau. de ca. consi. cccxxxvj. Bal. consi. ccxlij. lib. ij.

b T. D. ¶ Compendiosam. Idem consuluit Bart. in consi. seq. inci. Pau. z in consi. xl. inci. super eodem.

CONSIL. XXXVIII.

Si testator substituit filio suo, z filius mortu⁹ est viuente patre, ac postea pater cassauit primum testamentum, sed non fecit in secundo heredis institutionem, tunc substitutus in primo testamento, venit ex vulgari comprehensa in compendiosa, z primum testamentum tantum est irritum quo ad legata, sed non quo ad heredis institutionē.

1 ☞ Ultimum testamentum, in quo non est heredis institutio, nō reuocat primum testamentum.
2 Compēdiosa facta filio decedēte in vita testatoris valet z tenet.
3 Fideicommissarij habentur loco heredum, si non est heredis institutio.

Paulus Hug. de Bono. scilicet Bart. suum condidit testū, in quo instituit heredem Angelum sunum filium, z substituit, si sine filijs decederet, ecclesiaz sancte Crucis, de Juliua fratrum Minorum, z si essent negligentes, voluit dicta bona deuenire ad quosdam fideicōmissarios, z distribui ad pias causas, vt infra apparet. Contigit quod dictus Ang. mortuus est viuo Paulo predicto suo patre, qui Paul⁹ postea fecit vnam aliam dispositionem in qua quedam legata reliquit, z in ea nullum fecit heredē, z cassauit omne aliud testamētum, z vltimam voluntatem, quam apparet eū fecisse, z sic demum decessit. ¶ Queritur, quis succedat in bonis, an filia dicti Pauli, an locus fratrum minorum, seu alij fideicōmissarij positi in dicto testamento ad distribuendum dicta bona. Viso testamento predicto, z etiam vltima voluntate predicta super eo, q̄ō dico, q̄ō dicta filia non succedit, sed dicta hereditas remanet apud substitutos in primo testamento. Ad q̄ō sciendū est, q̄ō illa voluntas vltimo facta, in qua non est institutio heredis, non pōt valere iure testamēti, vt l. prime. ff. de his que in testamēto delen. z Instit. de lega. §. ante heredis. †Unde per illam reuocationem ibi factam, in qua testator cassauit omne aliud testū z vltimam voluntatem, primum testū est sublatuz quoad legata, sed
a quo ad heredis institutionē, z substitutionem remanet firmū, a l. militis. §. veteranus. ff. de testa. mili. z Instit. quibus modis testamen. instr. §. ex eo. z C. de testament. l. sancimus. ¶ Hunc ad propositū in testamēto predicto reperitur filia instituta in certa quantitate, que institutio remanet. Item reperitur filius institutus vniuersaliter, qui decessit viuo testatore, cui filio fuit facta substitutio compendiosa si decesseret sine filijs, que substi-
2 tutio continet substitutionē vulgarem † filio decedente in vita testatoris. l. Hallus. §. j. z ibi no. secundum vnam casus positionem, de liberis z posthumis, quod etiam tenuit Lynus z Jacobus de Rauen. in l. precibus. C. de impub. z alijs substitut. Et hoc etiam tenent alij Moderni docto. vnde dicta substitutio non fuit reuocata, Restat ergo quod dicto Paulo ex vigore dicte substitutionis vulgaris debet succedere locus fratrum minorum, qui si nollent vel non possent succedere de iure, succedunt
3 dicti fideicommissarij, qui habentur loco heredum, b vt extra
b de testa. c. cum tibi. z ibi per Jmo. z C. de episco. z cle. l. nulli. z l. si quis ad declinandam.

ADDITIONES.

a ¶ Remanet firmum. Vide per Pe. de anc. in consi. cccxxxix. incipiē. de efficacia siue valetudine. Et ad id quod cōsuluit Bar. hic, vide Bar. ſ. in precedenti cōsilio, vbi idem consuluit, z concludit, z in consi. xl. incip. super eodem.

b Tho. Di. ¶ Loco heredum. Idem consuluit Bar. ſ. in consil. iij. incip. Titius. in ij. col. z in consi. xxvj. in nomine domini.

CONSIL. XXXIX.

Si testator reliquit vxori sue aliquid si caste vixerit, z postea dicit. Ité reliquit sibi certum fundum, non intelligitur hic repetita prefata conditio, qz dictio, item, nō repetit, quādo fit mutatio rerum vel personarū. Idem de clausula precedenti, quādo non refertur ad sequētia.

1 ¶ Per dictionem, item, non fit repetitio quando fit mutatio rerum vel personarum.

2 Precedentia non intelliguntur repetita in sequentibus, quādo in medio sunt alia capitula separata.

Si ola reliquit Lecce vxori sue q̄dā, dos z habitauerit in domo dicti testatoris, demum sunt alia legata quibusdam personis. Deinde reliquit eidem Lecce vnam petiā terre, cum domo, in vita sua, post mortē suam reliquit Vagnutio, zc. ¶ Queritur vtrum in dicto legato videatur repetita conditio donec caste, zc. Rñdetur q̄ non,

1 † qz per dictionem, item[a], non intelligitur facta repetitio, quādo fit mutatio rerum vel personarum, vt no. in l. in repetēdis. de

2 leg. iij. † Preterea precedentia non intelliguntur repetita in sequentibus, quando in medio sunt alia capitula separata. l. iij. ſ. j. de libe. z posth. z l. ſi. de reb. dub. z no. Instit. de rer. diui. ſ. ité lapilli. Sed ita est in proposito, quod plura alia legata, z capitula incerta sunt, ergo, zc. Bar.

ADDITIONES.

a ¶ Dictio, item. Vide que posita fuere ad calcem consi. xvij. ſ. z vide de ea Pau. de cast. consi. lxxxviij. lib. j.

b Tho. Di. ¶ Facta repetitio. Adde Bal. in l. ſi. circa finē. C. de indicta vidu. tollen. vbi refert Bar. consuluisse, z istud cōsiliuz Bartoli refert z sequitur do. Phil. Dec. in consi. cxc. incip. circa primum dubium. vbi vide plene.

CONSIL. XL.

Quod habet etiam filio suo premortuo vxo testatore.

1 ¶ Compendiosa facta filio decedente in vita testatoris valet, z tenet.

Super eodem testamento dubitatur, qz dicit qs dictus Nostrus instituit heres vniuersalis in dicto testamēto, deceſſit ante testatorem, vnde videtur dictum legatum non valere. † Ad hoc

1 2 rñdetur quod posito, a q̄ decesserit ante mortez testatoris, tamē qz in dicto testamento dixerit, q̄ omnia alia sua bona deuenīat in Vagnutium, z Angelutium Lecce, que substitutio compendiosa continet vulgarem, vt not. Jac. de Raue. z Cy. refert C. de impube. z alijs substitu. l. precibus. z alij doctores tenēt in materia substitutionis, vt probatur in l. Gallus. de liber. z posth. ſ. j. z ibi no. Si testator dixit, talem substituo, itelligitur nue heres vno testatore, siue eo mortuo moriatur, vt ibi patet secūdū vnam lecturam. Preterea talia verba, si filius meus, intelligun tur siue me vno, siue me mortuo moriatur, vt l. iij. in prin. ſ. j. de adimē. lega. Ex quibus cōcluditur dictum Vagnutium, z Angelutium venire, z heredes ex substitutione vulgari, z sic testamentum z relicta in eo valent, cū predicti aliter venire non possint, z si venirent ab intestato, valerent legata ex edicto, si quis omissa cau. testa.

ADDITIO.

Th. D. ¶ Quod posito. Istud cōsilium magis amplum ponit per Bar. in consi. xxxvij. incip. quidam Lola. vbi consuluit sup eodem facto, z iuxta duas personas: z ideo aliter nō me extēdo, ibi videas. Item vide Bal. in consi. iij. inci. Titius. vbi scripſi, z in consi. xxvij. visa facti narratione.

CONSIL. XLI.

Substitutio compēdiosa cōiunctim facta maioribus, z etiam minoribus intelligit quo ad omnes fideicommissaria, vt vniformiter intelligatur. vn de legitima detrahit, z bona auita, quodq̄ relicta pro nuptijs, quatenus est legitima, debentur pure.

1 ¶ Substitutio compēdiosa coniunctim facta maiozibus z minozibus, intelligitur fideicommissaria quo ad omnes.

2 Verbum sine liberis, z verbum volo, z verbum deueniat, innuit substitutionem esse fideicommissariam.

3 Legitima z dos matris z auie, non veniunt in fideicommisso relicto, per patrem.

Actum tale est. Jacobus Poli cōdidit testm. in quo inter alia sic disposuit. Item lego, atq̄ relinquo iure institutionis Nesucie z Fräcisce, meis filiab⁹, de bonis meis, p qualibet earū. ccc. lib. denariorū. in qbus ipsarū quālibet doto, quas. ccc. lib. habere volo q̄n nupserint, iubēs, z mādans ipsas esse cōtetas z tacitas: z qō plus de bonis petere vt habere nō possint, in quib⁹ eas hēdes instituit. Ité Nicole sue filie reliquit z legauit dotē suā, z vltra dotē. xxv. lib. den. z de bonis suis, z q̄ amplius petere nō possit, z hoc iure institutionis. Ité voluit, iussit, z mādauit dictus testator, q̄ si dicta Nesucia, z Nicola eius filia, q̄ñ⁹ sine filijs siue filiab⁹ legitimis decederēt, q̄ dotes talū decedētū. z bona deueniant in Areutiū. Li carellū. z Vagnutiū suos fratres, z in Agnolū Migli suū nepotem. Deinde accidit, q̄ dicta Francisca, z Nesucia, impuberes, minores. xij. annis decesserūt, superuiuētibus Nicola, z Catharina suis sororib⁹, z dictis Licarelo, z Vagnutio, z Andreutio z Agnolo. ¶ Modo querit nunqd dicte Nicole aliq̄ ius cōpetat in hereditatibus dictarū Nesucie z Fräcisce. Et nūquid petere possint de bonis dicti Jacobi sui pris, vigore dotiū matris z auie dictarum Nicole, Francisce, Nesucie, z Catharine.

1 ¶ † Sup quibus vr primo cōsiderandū, qualis sit dicta substitutio facta per dictū testatorē dictis suis filiabus. Et vr dicēdum q̄ sit fideicōmissaria, cū testator substituit dictis suis filiabus cōiunctim, quarum due erant minores z impuberes: z alia scz, Nicola erat maior. xij. ann. ad hoc, vt ista substitutio censeatur vno iure, z non diuerso. l. eum qui edes. ff. de vsuca. l. ij. C. de impube. z alijs substit. z l. iam hoc iure. ff. de vulg. z pup. Pro hoc etiam facit quod no. in l. centurio. c. ti. z l. precibus. z l. quamuis.

2 C. eo. ti. † Item verbum sine liberis, z verbum volo, z verbū deueniant, hoc innuūt esse fideicommissum. ſm Jaco. de Ra. z notatur in l. precibus. C. de impub. z alijs substit. per gl. z Jac. ibi z l. heredibus. ſ. j. ff. ad Treb. z quod no. in l. Lucius. ſ. filiam. de leg. ij. Quare videtur dicendum de iure quod dictis suis filiabus dictus testator debuit relinquere tertiam partem totiꝰ sue substantie z omnium suorum bonorum, vt in auth. nouiſſima. ſ. de mort. testa. z in aut. de trien. z semisse. ſ. j. col. ij. quam si non reliquisset, posset quelibet agere ad supplementum. l. scim⁹. C. de inoffic. testamē. in qua portione non potest pater substitutionem fideicommissi facere. l. coheredi. ſ. cum filie. ff. de vulg. z pupil. z no. in l. quoniam in prioribus. C. de e mort. testa. † Insu

3 per dicte filie debent habere precipuas vltra earum legitimas dotes matrum earum, z auie materne. l. j. C. de bonis maternis, z per totū. in quibus non potuit pater sibi substituere per fideicommissum, vt d. ſ. cum filie. cum similibus. Cum igitur dictus Jacobus pater dictarum filiarum non potuit dictis filiabus substitutis fideicommissariam facere tam in bonis maternis z auitis, quam in legitima portione earum, maxime cum dicta Nicola fuit pubes, z maior. xij. ann. vt ſ. probatum est. Sequitur ergo quod dicta Nicola superuiuens sit heres ab intestato p dictis Nesucie, z Francisce, vt in auth. de here. que ab intest. ſ. cōsequens. Et tamen pro parte sua possit petere tam dotes maternas z auitas, quam legitimam portionem, zc. tāquaz heres predicta ab intestato Nesucie, z Francisce, secundum portionem si bi debitam iure nature possit iam petere dictas dotes, z debitum iure nature dictarum Nesucie, z Francisce. Nec obstat statutū Assisij quo cauetur, quod filia dotata, zc. qz loquitur quādo ex parte remanet filius masculus. z in nostro casu Jacobus pater testator predictus non reliquit filium suum masculū: ideo non excluditur a successione materna, z auita, l. ille aut ille. ſ. cū in verbis. z de leg. ij. z l. ſi cum dotem. in princ. ff. sol. mat. Circa que est aduertendum, qz licet Jacobus testator z pater predict⁹ voluit dictam Nesuciam z Franciscam habere. ccc. lib. quando nupserint, tamen etiam antequam nubant, z etiā antequā contrahant nuptias debent habere legitimam portionem, qz in debito bonorum subsidio nullum grauamen, nulla conditio, nulla dilatio potest apponi, z ideo si apponeretur, habetur pro nō apposita. vt d. l. quoniā in prioribus. C. de inof. test. Nec curo vtrū dicta substitutio contineat vulgarem, vel nō: qz per vulgarē possent succedere testatori, quādo in se nō cōtinet tacitam pupillarem, vt in casu nostro. nō aūt per seipsas possunt succedere filio in bonis filij, vt Instit. de vulgari z pupillari. ſ. j. z l. Sextilia. de leg. ij. z ff. de vulga. z pupilla. l. j. cum similibus. vide siue cōtineat predicta substitutio vulgarem substitutionem, siue non, dicti substituti non admittuntur ad bona dictarū filiarum predefunctarum, nec ad debitum bonorum subsidium, vt ſ. dictum est, z bene, zc.

ADDITIO.

a B. L. ¶ Nec obstat. ad eam partē in qua geludit. q̄ pater non pōt opponere grauamē filie vizz ad legitimā, licet decedat ante tempus

tempus nuptiarum,vltra vulgaria vide Jo.And. ad Specul. in rub.tit,de testam.z Bau.cōsi.cxx.z cōsil.cxxxij.z Ang. consi.xj.incip,ser Bicius notarius.

CONSIL. XLII.

Statutum loquēs de habitatoribꝫ ciuitatis,habet etiam locum in eo qui stat cū alio pro famulo. Item quis dicatur paterfamilias,z filiusfamil.

1 ☞ Presumitur paterfa.nisi probetur contrarium.
2 Matrimonium non presumitur, nisi probetur.
3 Famulus dicitur habitare in ciuitate,si dominꝰ cum quo stat in ea habitat.
4 Dicere aliquem de Assisio,idē est dicere illum esse municipem illius loci.
5 Distinctio portarum dicitur respectu habitationis.

a **In nomine** Dominiª amē. Visa inquisitione facta ꝑ Frāciscū Hacarium de Assisio,de percussione facta in facie Thomasij Lucij,z visa exceptione opposita quod dictus Thomasius erat paterfam.habitator,z non allibratus,z visis dictis testium examinatorum super hoc,z quadam libra dicti Lucij,predicti Thomasij producta a parte,dicendū est quod dictus Hacariꝰ sit absoluendus,secundum formā statuti Assisij. ¶ Primo enim constat dictum Thomasium esse patremb fa.hoc enim semper presumiturᵇ nisi ꝓbetur contrarium. Casus est.ff.sol.mat.l.Titia.vbi hoc exprimitur. Hoc etiam patet, qꝛ nō est filiusfa.nisi sit natus de legitimo matrimonio, vt Instit.de patr.pot.circa princ.† Matrimoniū enim non presumitur nisi ꝓbet:.rgo ꝛc. Hoc etiam probatur per instrumentum publicū,scilicet per catastrū productū,z eius cassationem, vbi enim dicitur q̄ in an. Mcccxxix.dictus Lucius erat ꝓmorꝫ tuus,ergo nūc patet q̄ dictꝰ Thomasius erat paterfa. ¶ Secūdo,qꝛ dictꝰ Thomasius est habitator ciuitatisᶜ Assisij, apparet per testes,qui dicunt eū vidisse morari ꝑ famulo aliquoꝝ tū nominatorū per eos,z stare pro famulo, z in loco habitare, nō enim ibi est,vt tātis per hospitet,vt l.j.ſ. habitare. ff. de his
3 qui deiec.vel effu.† Si igitur illi cum quibus stetit pro famulo, erant habitatores ciuitatis Assisij.probatū est ipsum fuisse habitatorem ciuitatis Assisij,hoc etiam probatur ex ipsa,inquisitione que dicit Thomasiū de Assisio. ℙ.de porta S.Frā.† Hā
4 dicere aliquem de Assisio.vel Assisinatem,idē est dicere ipsum
d esse municipē illius loci,id est,ciuem,vel incolamᵈ,vt ff.ad municip.l.j,z de excu.tu.l.ſz reprobari. ſ.amplius.ibi,si enim existens Romaneᵉ,ꝛc.exponit gl.id,est,ex Cumis Campanie ciuitate.Per istud ergo qꝛ dicitur de Assisio presupponitur eū ciuem,vel incolam illius ciuitatis. Item qꝛ dicit de porta sancti
5 Frāc.de necessitate includit qꝛ sit habitator illius porte.† Hā distinctio portarum non potest dici nisi respectu habitationis per quam distinguitur qui est de vna porta,vel de alia. Et eo respectu quis consueuit in illa porta ad munera vocari, vt ff. de leg.tertio.l.seruis vrbanis. z de verboꝝ signifi. l. vrbana familia. Ex quibus cōcluditur esse de Assisio,z ibi vocari ad munera,z per consequens ibi debere allibrari,hoc autē quod non sit allibratus.probatur eo ipso quod non probat se allibratū, vt dicitur ex forma statuti. Nec obstat libra patris producta, qꝛ illa est cācellata. Item in illa nō sunt anni Domini,nec dies, nec consul. Item illa non est in nouo catastro,q̄ modo viget ex forma statuti. Bart.

ADDITIONES.

a Tho.D. ¶ In nomine domini. Istud consi.alleg. ℙetr.Corn. cōsi.cciij.in iij.volu.incipit principaliter videtur alle.esse,secundū ordinem ℙerusin.nume.cxliij.

b ¶ Semper presumitur. Not.quod dicit Bart. hic quod semper presumitur paterfam.nisi probetur contrarium,limitat tamen notabiliter domi.petr.Philip.Corne.in cōsilio cciij.in tertio volumi.incip.principaliter videndum.in versicul.nec obstat quod dictum Bartol.hic.precedit quando non constat quod natus fuerit ex legitimo matrimonio,prout Bartol. fundat se in ratione:sed quando constaret quod natus esset ex legitimo matrimonio,z sic presupponitur patria potestas, paterfamilias non presumitur. Vide tamen de hac materia per Angel. in l.sed si de sua.z in l.heres.ff.de acquir.hered.z ℙetr.Corn.in l.si emancipati,z ibi plenius per domi.Jas.C.de coila. z ibi vide etiam Philip.Decium,z Bartol.Vero.in cautel.cxviij. incip.quis in dubio presumitur,z vide Paul.de Castr. in consil. clxviij.ad primum quesitum.

c ¶ Ciuitatis. Quis dicatur habitare ciuitatem,addite glo.xiij. q.ij.can.vbicunqꝫ versi. Quid ergo.canonist.in cap. postulasti. de foro cōpet.ext. Et ad corroborationē presentis cōsultatiōis vide Ang.consi.xxvij.inci.pro decisione questionis.

d Th.D. ¶ Ciuē vel incolam. Vide Fel.in ca.quoniam. de offi. ordi.vbi plene.z vide Alex.de Imo.in consi.xx.in secūdo vo.viso processu,in vlti.col.quod appellatione ciuū veniunt incole.

CONSIL. XLIII.

Quando vnus impedit,z allegat exceptionē pacti,s nō petēdo,si nō ꝓbat plene cā exceptionem debet cōdēnari. Itē processus in causa criminali nō suspenditᵘ p appellationē in causa ciuili,si non sit preiudicialis. Item statutū dicens quod si quis produxit certum instrumentum, vel testē, intelligitur per se,vel per procuratorem.

1 ☞ Articulans debet probare de tempore,z de persona.
2 Processus in causa criminali non suspenditur p appellationē in causa ciuili,si non sit preiudicialis.
3 Statutum loquens de producente non ꝓbante,debet intelligi per se,vel per procuratorem.

Super questione per vos mihi cōsuleda trāsmissa. Visis oibꝰ actis,z iuribꝰ mihi transmissis,dico,z consulo,dictū Vellū fore condemnandum,ex eo qꝛ exceptionē pacti de non petendo, oppontam nō ꝓbauit,secundum formam statuti.ab aliis vero
1 ꝓtentis in dicta accusatione debet absolui.† Qꝛ autē dicta exceptio pacti non sit ꝓbata.patet,qꝛ cum duo testes tantū super articulo per eum probando depositerūt,vnus ex testibꝰ nihil dicit,nec de tempore in articulo contento,neq̄ de persona contenta in articulo. Ad qꝛ probandū tenebatur, vt extra de ꝓbat.c.licet causam.z ff.de instit.l.habebat.in prin.z qꝛ no.gl.z
2 docto.in l.testium.C.de testi. Nō obstat si dicat,qꝛ† dicta causa pendet per appellationē,qꝛ illa causa nō est preiudicialis ad hunc quēcunqꝫ exitū habeat:qꝛ ad aliū finem ꝓponitur,z de ea queritᵘ,scilicet an proponens fuerit condēnandᵘ,vel non. ergo sententia in vno iudicio lata,in alio non iudicat. l. vendicantem,z l.fi.ff.de euic.z l.duobus.cū sua gl.de excep.rei iudi. z qꝛ no.per Ly.C.sent.rescin.non poss.l.peremptorias. Nec obstat si dicat,qꝛ dictꝰ accusatus non est confessus de exceptione pacti,que fuit ꝓposita cōtra dictum instrumentū:qꝛ sua respōsio de alio pacto,z de alia responsione posset intelligi,qꝛ hoc nō est verum. Nam cum super accusatione fuit examinatᵘ z interª rogatᵘ,videt ad interrogata respondere,vt dicunt iura vulgaria. Nec obstat si dicatur,quod statutum loquitur de producēte non ꝓbante per se,non de eo qui mandat fieri:z cum statutū loquat in persona,scilicet si quis ꝓduxerit,z nō probauerit, z c. non debet extendi ad mandatum,taz ex forma statuti cōmunis Assisij,quo cauetur quod statuta nullam recipiant extensionē, quā etiā de iure cōmuni,l.aut qui aliter. ſ. fi.ff. qꝛ vi,aut clam.z l.si seruum,ſ.admonere.ff.de acqui,hereditate.z quod ibi notatur per Ja.de Are.† Quia dico quod in hoc casu statutū dixit
3 quod si quis produxerit,debet intelligi per se,velper procurato
b remᵇ,vt patet ex precedēti parte statuti,vbi dicit terminum debere statui reo vel procuratori,ergo,ꝛc.vt l. si seruus pluriū.in fi.de leg.j.z l.qui filiabus.in prin.eo.tit. ℙreterea illud q̄ per illas leges dicitur,debet intelligi sic:aut statutū loquitur in rem, aut in personam, ꝛc. hoc habet locum in delictis,z in actibus phibitis,in quibus non potest cōstitui procurator,l.ſi ꝙ nō remunerandi.ſ.rei turpis.ff.man. In illis autem tenetur mādatarius ex sua persona z etiā mādans,sed hic loquitur in actu permisso,si quis produxerit,ꝛc.ad quē pōt cōstitui procurator quo casu persona mandantis tātū inspicitur, licet verba edicti loquantur de eo,qui suo nomine facit.l.j.cōuncta.l.iij.ſ.si ꝓcurator.ff.q̄ quisq̄ iur.z gl.tenuit expresse in d.ſ.si procurator,hoc etiā fundatur ex l.iij.ſ.ait prætor.ff.de re iudi.cōiuncta.l.plautius.ff.de procura.ꝓterea,si quis diligenter verba dicti statuti inspexerit,quis non punitur ex eo qꝛ exceptionem proposuit sed ex eo qꝛ propositam non probauit. Istud enim q̄ nō ꝓbat, ex quo debet sequi cōdēnatio,pōt dici magis esse cōmissus a reo principali,quā a procuratore cui mādauit,qꝛ ipsi reo principali incumbit onus probandi,cum ei fuerit statutus terminus ad ꝓbandum,vt ex actis apparet,z probatur per tex.ff.māda.l.si ꝓcuratorem.ſ.si tutores.in fi,quod autem dixit q̄ ab aliis cōtentis in accusatione debeat absolui,probatur,qꝛ dictis ꝓcuratoribus non mandauit expresse.† Et in generali mandato non ve
4 c nit quod quis opponat exceptiones calumniosasᶜ,vt ff.de condi.inde.l.si procurator.in princip.cum simil.z ibi vide literam.

ADDITIONES.

a Th.D. ¶ Respondere. Vide Lud.Rom.in cons.cccly.inci.in casu premisso.in ij.dubio.

b Th.D. ¶ Per procuratorem. Vide Lud.Rom.in consi.cv.in cip.viso themate.

c ¶ Calumniosas. Adde Angel.in l.quid ergo. ſ.j.ff. de ijs, qui not.infam.Et an qui facit per procuratorē,faciat per seipsum, vide Bal.in l.vnic.ſ.ne autem.C.de caduc.tol.

GONSIL. XLIIII.

Si statutum excludit feminas stantibus masculis, z filia preterit̃tur, nõ põt dicere testamentũ nullũ, sed eis deficientib⁹ nec ip̃ p clausulã codicillarẽ debet restituere heredi deducta legitima, sed trebellianicã nõ põt deducere. Item q̃ substitutio cõpendiosa facta filio impuberi dicitur directa pupillaris, si dicit testator quod omn̄ia bona sua sint substituti.

1 ☞ Statutum disponens quod filia dotata non succedat, si est preterita, an rumpat testamentum.

2 ¶ Per clausulam, si non valet iure testamenti, ꝛc. sunt rogati heredes ab intestato restituere hereditatem heredi scripto.

3 Filius quando potest detrahere legitimã, z trebellianicam.

4 Substitutio pupillaris conseruatur per authen. ex causa. C. de liberis preteritis.

a In nomine Domini, amen. Super p̃dictis occurrunt dubia difficilia valde, tñ de iure videt q̃ dicte filie donec filius vixit vel nepos masculus, nõ possunt rũpere, vel dicere testamentũ nullũ, q̃ talis filia nõ succedit ex forma statuti lo

b quẽtis q̃ filia dotata nõ succedat quousq̃ superuixerit masculus, ergo preterita nõ rumpit, l. j. in fi. ff. de bon. posses. contra-

1 tabu. † Sed post quã filius, vel nepos masculus extare desierit, ite filie dicuntur redire iure quodã postliminij, z ostenditur testamentum retro fuisse nullum, l. Gallus. §. si eius. ff. de liber. z

Si pater donat filio suo emācipato omnia bona sua presentia z futura, reseruatis vsufructibus z prouentibus inde venientibus, an liceat patri predicto in vita sua disponere pro libito sue voluntatis, z an valeat talis donatio, z in hoc concludit q̄ non valeat donatio.

a ¶Pater donando filio emācipato omnia bona presentia, z futura, reseruatis fructibus, &c. non valet.

a Donando omnia bona presentia, z futura, aufertur libera testandi facultas.

3 Testari de alieno quem posse, quomodo intelligendum.

4 Viuente testatore, non est testamentum, nec dispositio.

5 Dispositio iudicatur secundum tempus in quod confertur effectus.

1 **In dei nomine amen** Pater filio emāci
2 a pato donauit oia bona sua psentia, z futura[a], saluis z reseruatis dicto patri, omnib[9] fructibus, z vsufructibus, z prouentibus, z liceat dicto patri in vita sua disponere pro libito sue voluntatis, queritur an dicta donatio valeat.

¶Viso pacto predicto Christi nomine inuocato, videt de iure dicēdum dictam donationē non valere. Et ad hoc dicēdum me mouet, quia omnis actus, per quē infringitur libera testādi voluntas, est nullus, z ipso iure nō valet, vt C. de pac. l. pactum q̄ dotali cum sim. ¶Iz donando omnia bona[b] psentia, z futura,
2 b aufert sibi liberam testandi facultatē, quia non haberet, in quo posset sibi heredem instituere, z ideo testari nō posset, vt in aut. ingressi. Codice, de sacrosc. eccles. ibi, vt puta nec domini rerum.
3 ¶Et si dicatur leges videtur velle, quod quis de alieno testetur l. conficiuntur. ff. de iure codi. Rñ. hoc verum in his que sua natura possibilia sunt, alias de alieno non testat, vt in aut. ingressi. z in q. nostra. Nā sicut monachus nō habet aut habere pt bona iō nō testatur. Ita in quest. nostra, qui donauit bona pseria, z futura, non pōt in futurū habere bona, que sint sub dominio suo Iz in instrumēto donationis est dictum q̄ donator ex nūc duz
c donauit ea bona, p donatario cōstituit se pcario[c] nomine possidere, z sic mediante instanti acquisitione facta trāsfertur in donatarium dominium, z sic tēpore mortis nūquam reperitur q̄
b donans in aliquo possit in articulo mortis[4] heredē instituere, quāuis etiam late, nunc, pro tunc, iuridicū videtur, q̄ in instrumēto donationis non cōstituisset se etiam futura bona pro donatario possidere, q̄ possit dici acqri donāti, Iz compelli postea ad tradēdum eum, z heredem suum, videtur etiam donationem nō valere, q̄ non est verisimile quod heres velit adire hereditatē, si eum omnia restituere oportet. Et sic in vtroq̄ casu videtur impediri libera facultas testādi, quāuis primo casu dū cōstitutio possidēdi facta est, indubitāter videatur plus quam in secūdo casu. ¶Preterea ad hoc facit q̄ nota. Mod. Codice, de pact. l. si quos z Ly. ibi refert. Et si dicatur, imo videtur q̄ possit testari z liberam factionē testamenti habere donatione predictorum nō obstante, cum reseruauerit vsumfructum, z dispositionē sup eis in vita facere potuit, ergo videtur, q̄ libera sit testādi facultas in vsufructu, z huiusmodi, vigore dicte reseruationis. Ad hoc enim rñdeo, z dico q̄ ista sane intelligēti non obstant per intrascripta. ¶De tñ ratio mouet ad hoc, q̄ quamuis dispositio testamenti detur in vita, testatore tamen viuente testamentū non dicitur, nec dispositio, cum hereditas, z heredis institutio dicantur esse fundamentum istius testamenti, l. proxime. de his que in testa. delen. Secundo capiunt fundamentum post mortem testatoris, sed heredis institutio, z hereditas non potest dici viuentis, vt l. j. ff. de here. vel act. vēdi. z l ij. post prin. de vulg. z pu. quod enim dixit, quod posset in vita sua disponere, i. tellexit donans de contractu aliquo inter viuos, non aūt de vltima voluntate testamenti. Alias enim si intelligeremus aliter, sc̄z quod testamentum intelligeretur dispositio in vita iam de necessitate sequeretur q̄ illa tota distinctio magistralis gl. z doc. sc̄z q̄s quedam est dispositio inter viuos, ex quo in vita fit, tolleretur, q̄s tamen apud intelligētes ridiculum esset. Fuit enim donātis ultētio, q̄s quamuis large, z effuse donaret, uollet tamen donās in vita egere, z ideo uoluit sibi reseruare fructus de quibus posset viuere, z facere quicquid uellet uiuēdo ita q̄s ipse donans non egeat, z post mortē apud donatariū remanere, z semp esse. ¶Preterea, q̄s dispositio testamēti nō dicatur fieri in vita, cū effectus
5 nō habeat, probatur in l. j. cum sua gl. C. de testa. tut. ¶Ad hoc etiam facit, q̄s omnis dispositio iudicatur sc̄z tempus, in quo confertur effectus, vt C. de dona. ante nupt. l. q̄s spōse. z l. in fuga. C. ad l. fiam. de plag. cum fi. Sed effectus testamenti Iz fiat a viuente, testamētum tamen confertur post mortem, vt d. l. j. ergo tota dispositio non debet dici inter viuos: sed in vltima voluntate, z post mortem. Nec obstant verba illa reseruationis dum dixit, q̄ possit disponere in vita sua, quia de necessitate sunt intelligēda de dispositione, que inter viuos dicitur. Nam verba debēt aliquid operari in vita sua, z ego sic probaui, q̄ nulla dispositio fit a mortuo, sed a viuente: vnde ista verba, in vita sua, vt recte intelligantur, z aliquid operentur, oportet intelligi de necessitate, de dispositione q̄e dicitur inter viuos, alias illa verba nihil operarētur, sed sufficiebat solum dicere, q̄s possit de fructibus disponere. Et ideo vt rectus, z sanus sit intellectus illorum verborū, cōcludo quod de dispositione, que dicitur inter viuos fuit a donatore sentitum.

ADDITIONES.

a ¶Et futura. Vide Paulum de Castr. consi. cū. vbi dicit, q̄ nec de fructibus testari potest: quia illi veniunt appellatione futurorum.

b Tho. D. ¶Donādo omnia bona. Vide Pau. de La. in cōsi. cētesimo primo inci. notandum est. z per. Lor. in consi. octauo inci. in hac consideratione. z in cōsil. clxxvj. in presenti consultatiōe. vbi alleg. Bar. hic in presenti cōsi. Et an donatio omnium bonorum presentium, z futurorū valeat, si est facta pio loco, vel ecclesie, vide plene per Ias. in l. fi. C. de pac. z vide plene per d. Ias. in l. stipulatio hoc modo concepta. in ver. sc̄o per istam doc. infertur, vbi plene examinat doc. Bart. hic, vbi videas, z vbi alle. Bar. in hoc consi.

c B. L. ¶Precario. Breuibus corroborādo suprascripta, z cōcludēdo. Dicitur supra donationem omnium bonorum presentium z futurorum. cū cōstitutione precarij, nō valere, vt per Imo. in l. stipulatio hoc modo cōcepta. ff. de ver. ob. per Bal. in l. si duobus. §. idē rñdit. ff. p̄o socio. z in l. certi cōdictio. §. si nummos. ff. si cer. pe. per Pau. de La. in d. l. stipulatio. z in l. fi. C. de p̄ca. z cōsi. suo cij. z lxvj. vbi dicit, q̄ nec de fructibus testari pōt: quia illi veniunt appellatione futurorum. Et per Ang. cōsi. cccxv. inci. Domina Vanna vxor Lucarini. z cōsi. clxxix. inci. in Dei nomine, visis instrumentis. vbi autem cōstitutio precarij nō interuenisset, Ang. in proxime allegato cōsi. tenet contra Bar. vt in quest. incip. in refulgenti palatio. z in d. l. stipulatio hoc mō. Et Sal. ambo in d. l. fin. an autem valeat saltem in presentibus? Bar. in d. l. fi. videtur inclinare in illam partē, q̄ non valeat. Ange, vero, quia nouissimus non refertur, fuit sibi contrarius. naz in alleg. consiliis tenet donationem non valere, in cōsilio autem cxj. inci. quedam mulier donauit. tenet aperte donationem non valere in presentibus.

d ¶In artic. mortis. Vide Aler. in consi. xiij. in j. volu. inci. circa primum. z in consi. lxxxv. in vj. vol. inci. ponderatis his in vl. col. z in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de ver. ob. vbi alle. Bar. in hoc consil.

Consilium

CONSIL. LXXVII.

Notarius dānatus ex aliquo delicto infamiā irrogāte, nō pt exercere officiū notariat⁹ habēs in se dignitatē, vcz qō sit notarius principis, vel ad bāchū sed rogatus a partibus super contractu potest esse notarius.

1 ☞ Infamis repellitur ab omni dignitate z officio.
2 Notariatus an sit dignitas, vel officium.
3 Infamis potest esse procurator, arbiter, tutor, siue curator.
4 Notarius infamis partibus volentibus potest cōficere instrumentum.
5 Infamis potest esse testis partibus volentibus.

a **Queritur** an notarius damnat⁹ ex aliqua causa, extra mun⁹ officij, que eū facit infamem, possit cōficere instrumenta? Et vī qō non. Nā notarius videtur quodāmodo testis, l. Domitius. ff. de test. z testis infamis nō pōt testificari, ergo, ꝛc. l. ij. §. j. ff. de testi. Et p̄ hoc. ff. de his qui not. infa. l. iij. §. miles. vbi
1 gl. dicit q̄ infamis repellitur ab omni dignitate, z officio. † Preterea dicitur. C. de man. prin. l. j. in prin. quod tabellionatus officium est dignitas. vt est glo. ibi, sed infamis repellitur ab omni
2 dignitate, l. ij. C. de dign. lib. xij. ergo, ꝛc. † In contrarium facit, q̄ tabellionatus non est dignitas, sed munus, vt C. de his qui mi
3 lit. nō pos. l. j. lib. xij. Preterea video, q̄ infamis pōt † esse procurator, z arbiter vt insti. de excep. §. fi. z ff. de arbi. l. pedius. Item pōt esse tutor, vel curator. ff. de postulan. l. j. §. sed est equissimū. secundum Azo. in summa trium librorum. C. de infa. ergo eadē ratione pōt esse tabellio gl. z tex. in l. iij. §. queri pōt. ff. de super. tut. vbi glo. videtur velle qō qui est suspectus propter delictum commissum possit remoueri a tutela, eadem ratione debet remoueri ab officio: seu munere proprie loquēdo. Ad solutionē que
b stionis debes scire, q̄ tabellionatus officium est munus, b vt d.
c l. j. de man. prin. Et si assumptus quis est ad negotia principis c, z tūc est dignitas quod assumatur ad officium principis. Dico ergo, q̄ infamis non pōt exercere officium tabellionat⁹, vcz notariatus, qō hz in se dignitatem, l. ij. de digni. vel q̄ esset notar⁹ ad bāchum, vt d. l. ij. §. miles. Sed si ipse a partibus assumatur: vt faciat publica instrumenta, nō video quid repugnet: q̄ munus publicum est, qō infami non interdicitur: sicut pōt assumi arbiter a partib⁹ volētibus, sic posset assumi notarius: sicut infamis assumptus iudex a partibus non opponentibus vz iudicium, vt dixi in l. quidam cōsulebant. ff. de re iudi. z no. Spec. in ti. de iud. dele. §. excipitur. verū. ite nūquid periurus z infamis.
4 z vers. sequē. † Hoc añt puto verum esse qū nō obstante infamia ipse est in possessione notariatus, z bone fame z tunc ꝓpter multitudinē gestorum per eum debet valere, l. Barbarius, de offic. pret. z l. ij. C. de sen. z interl. om. iu. † Nec ob. qō dicitur q̄ in testimonium non posset recipi infamis, quia hoc verum parte inuita in contractu: secus quia partibus volentibus.

ADDITIONES.

a Damnatus. Vide pau. de Las. consil. ccvij. z ccxxiij. Et quid si est excommunicatus, vide Federic. consi. cxlvij.

b Th. Dipl. C Est munus. Nō. quod notariatus non est dignitas sed munus, l. fi. in prin. C. qui mili. nō poss. lib. xij. z ibi, gl. prima notat, quam gl. ꝓ singu. reputat Ang. de Are. §. fi. insti. de exceptionib. Adde simlem in l. preses. C. si ser. aut libertus ad decur. adspir. lib. x. z est bonus text. in l. vniuersas. C. de decu. li. x. z ibi Bar. notat contra aduocatos, qui officium notariatus exercent, ex quo notariatus officium est vile. Idem dicit Ang. de perusi. in l. si quis decurio. C. de fals. z in consi. cclxxxv. incip. premitte. Et quod non sit dignitas concludit do. Balpar. Cal. de in consi. ij. in tit. de instru. edi. z vide And. Sic. in rep. rubr. extra de fi. inst. z sequitur Lardi. Alex. in cap. per venerabilem. in pamel. qui fil. sint legi. etiam ponunt, quod ipsorū possunt esse notarij, limita in quantum dictum est supra, notariatum non esse dignitatem, non procedere in regno Apulie, vt in l. fi. in fi. de non. militia. in constitu. reg. Secundo limita nō habere locum in notario principis, quia ille dicitur habere dignitatem secundum Bart. hic per text. singu. in l. j. C. de manda. princip. z bar. in l. eadem. §. hac lege. ff. ad l. Jul. repet. z in consilio centesimo septuagesimoquarto incip. ser. Joan. z ibi scripsi in apost. z vide Jas. in rubr. C. de procura. Et quamuis notariatus non sit dignitas, tamen est ars, vt per Angel. consilio trigesimotertio incipie. supra dicta prima reformatio, versicu. quartum dubium. Item est officium secundum And. Barba. in tracta. de prestā tia Lardi. in j. questione prime part. princip. z ibi infert, quod si de officio est soluenda gabella, est etiam soluenda de notariatu. Adde q̄ etiam dictum officium notariatus dicitur esse publicum auth. ꝓpter. z vtilitate: z ideo quicquid lucratur notar⁹: dicitur esse quasi castrense secundum Baldum in l. fi. C. de ad uoc. diuer. iudic. z adde etiam, quod officium notarij necessario introductum, z quasi diuinitus promulgatum fuit ad cōes totius mūdi vtilitates sedis apostolice, z Rom. Imperiū dictos notarios, vtpote officiales certos, sibi elegit, z assumpnit vt per eos testamenta contractus, z omnia iudiciorum acta conseruētur: q̄ mens humana propter memorie, vel vite defectum retinere, vel reminisci non pōt, per notarios perpetuo retinetur: cū omnium habere memoriam, ꝛc. l. ij. §. si quis aūt. C. de vet. iur. enuclean. Imo etiam, z quod alias propter oblitionem, vel temporis spatium probare non posset si redactum fuerit in publicam formam: tamen in iudicijs fidem facit, quantum si testibus probauerit, l. in exercendis. C. de fide instru. z vide Roderi. Hispa. in suo speculo humane vite, in j. lib. in nono capite.

c C Principis. Idem tenet Ang. insti. de iure pers. §. sin autem z quod sit vtile officiū tenet Old. consi. lxxv. z Ioā. And. in Spe. de instru. edi. Ang. consi. cclxxxiij. licet ias. in l. Barbarius. ff. de offic. pret. simpliciter dicat, q̄ est dignitas.

CONSIL. LXXVIII.

Aperpuncto questionis vertentis inter dūm Raynaldum z Leonem z Falconem, ꝛc. De isto consilio vide §. in consilio lxiij.

CONSIL. LXXIX.

Si vnus vendidit porcum factori carnificis, vel institori. pōt agere p̄ pretio contra carnificē, vel sic non obstante obligatione, z contractu institutionis, an obliget dominum etiam in dubio si perperam z dolose egit.

1 ☞ Contrahenti cum institore qua via succurritur contra domi num.
2 Institor quis est.
3 Prepositus publice qui est alicui administrationi, obligat dominum.

Quidam vēdidit vni institori carnificis, seu factori vnum porcū, nec fuit sibi de pretio satisfactū, qui porcus fuit macellatus ad apothecam ipsius domini ipso presente, cum itaque vēdenti non fit de pretio satisfactum, queritur qualiter, quomodo z aduersus quem sibi consulatur. Dico, quod consulitur domino per actionē institoriā, que quidē z est introducta in fauorem illorum qui contrahunt cum institoribus, seu factoribus, ne cō
1 trahentes decipiantur. l. j. ff. de institoria. † Secundo dico quod sibi consuletur duplici via, scilicet, aduersus institorem, z domi num, vt probat in l. si quis mancipijs. §. si seruus. ff. de instito. z
e ne equiuocemus i institore, dico, quod institor est a ex eo, qō ad negotia gerenda instituat, vel taberne sit propositus, vel alij negotiationi, z institor appellatus est, vt l. institor is est. eod. titu. Preterea, institor est ille, qui cōparendi, vel emendi gratia mer
b ces, est prepositus, b Et exponit gl. j. in l. quicūq;. §. sed z si taberna rius. in ver. merces comparandas. ff. de instit. id est, agnos, vel pisces, z omnia ista talia, qui vero emit istū porcū huiusmodi est, ergo recte appellatur institor, z dominus tenetur. etiaz si in stitor in fraudez faceret, z contraheret. q̄ imputet sibi qui talē prepositū. vt ff. de exerci l. j. §. vt enim. z ff. de instit. l. sed z si pupillus. §. prescribere. neque potest allegari per dominum, ego non prepositeram eum ad emendum, vel contrahendum. † Quia eo ipso, quod quis est prepositus taberne, vel statiōi videtur velle dominus quod cum eo contrahatur, z tenetur. Casus est Inst. quod cum eo qui in alien. po. §. exercitoria. z §. institoria. cū seq. nisi expresse phibeat, vt ibi. Preterea multū facit presentia domini. qui videtur ratificare factum per institorez, vt si ipsemet illud fecisset. ff. de insti. l. j. §. magistrū. z poterat prohibere si volebat sibi ergo imputet, arg. l. si eo tempore. C. de remis. pig. z q̄ no. in l. si rem alienam. ff. de contrah. emp. z l. si autez. ff. ad Maced. Preterea, † illa ratione tenetur, quia ille publice tabernaz
3 administrabat pro domino, z prepositus publice credebatur, tunc dico, aut iste est interrogatus a iudice, qui debet interrogari. l. j. de interroga. actio. z l. vbicunque. Aut prepositisti euz
c aut non, si dicit sic, habeo prepositum c quod tenebitur, per ira alleg. si dicit non tunc presumptio, z error communis facit contra quia publice credebatur istū esse talem prepositum ad questum, id est ad lucrum faciendum, z iste communis error facit ius. l. j. C. de testamen. z l. Barbarius Philippus. de offic. pret. Facit optime. l. si quis patremfamilias. ff. ad Maced. dicit enim ibi text. sic agebat, sic contrahebat, sic publicis muneribus fungebatur, z C. eo. tit. l. nec Zenedorus. Consideratis his rationibus crederem saluo semper consilio sapiorū, quod ille dominus insolidum teneatur ad pretiū, z ad interesse. Potest ergo agere contra illum, z formare petitionem, ꝛc d, Bar.
d

ADDITIONES.

Th. D. Institor est, Breuiter dic, q̄ institor in terra, exercitor

in mari. z institor est, qui negociationem vniuersalē, z questuariam in terris exercet, z quid differat a procuratore magno, vide Inn. in c. fi. ibi imol. de fideiuss. Bar. z Bal. in l. institor. ff. de instit. z Bal. in l. mandatum. in tertia op. C. man. z in rub. C. de instit. Abb. in consi. xvij. in primo vol. incip. ad claram decisionē presentis dubij. z in consi. lxxiij. in ij. volu. incip. illud de iureiurando.

b ¶ Prepositus. Vide late Alexā. consi. xlij. lib. iij. Abb. consil. lxxiij. lib. ij.

c Th. D. ¶ Prepositum. No. quod dicit Bar. hic quod sicut institor obligat dominum, ideō est si gerit se pro institore, z dominus sit, z ita no. Bar. in l. hoc consilio ad ampliationem dicte regule do. Jo. in l. institorem. ff. si cer. pet.

d ¶ Formare petitionem. In superiori speculatione, quid sit pbandum contra institorem vide plene Alex. de imol. consil. xlij. inci. redemptoris, z consi. c. inci. viso z discusso.

CONSIL. LXXX.

1 ☞ Judex appellationis interposite quomodo super operis noui nunciatione debet pronunciare. Item de viribus precepti iudicis quod non edificetur: z de clausula, si senserit se grauatum compareat, z nu. 2.

a Queritur [a] que sententia sit ferenda per iudicem appellationis in causa vertente inter Leonem z Falconem appellātes ex vna parte, z appellatum ex altera. Visis appellatione z pductis in causa. z precepto siue scriptura, a qua fuit appellatum. Ad veritatem huius questionis inuestigandam, videndum est de viribus precepti facti per ¶ potestatem, z iudicem de nō procedendo in opere a quo extitit appellatum. Et tale preceptum de iure videtur fieri duabus de causis. ¶ Prima, vt cōtineat nunciationem noui operis, que fit per priorem. Et huius precepti formam ponit gl. nostra ordinaria, de oper. no. nun. l. de pupillo. §. meminisse. in gloss. que dicit: vt si dico, ꝛc. z forma[b] ibi traditur alternatiue: vt post nuntiationem precipiat, vt non edificet, vel veniat responsurus. Item † hec nunciatio debet fieri in ipso opere, z hoc est de substantia. d. l. de pupillo. §. nunciationem. nec sufficit in foro, seu loco iudicij fieri, vt ea. l. §. si quis forte in foro. qō tenuit gl. eod. ti. l. j. §. j. z hoc tenent omnes doc.

2 † Si ergo dicere vellet, hoc preceptum cōtinere nunciationem noui operis, manifeste apparet eius nullum: quia nō est factum in re presenti. Item nō est factum alternatiue, sed copulatiue: z sic partem plus debito grauauit: qz ad vnam debebat arctare, z arctauit ad duo copulatiue, qō est grauius: quia alternatiua leuior est, vt l. Grece. §. pe. ff. de rdeiud. Apparet ergo, qō tale preceptum caret omnibus substantialibus noui operis. ¶ Preterea istud preceptum non pōt dici in veritate preceptum noui operis, vt statim dicām. Secūda causa, propter quā tale preceptū cōsueuit fieri est propter iustitiā ex parte petētis, z iniustitiam ex parte edificatis: z sic fit dato libello, z lite cōtestata, z plene de causa cognito per diffinitiuam istam: vt d. l. de pupillo. §. qui

c opus, z ibi no. de ope. no. nunc, vel agetur interdicto, c ne quid in loc. public. vel interd. quod vi, aut clam, z ferē diffinitiua ista secundum ppa. nem illorum iudicorum, per iura vulgaria, z ista via videtur fuisse intentata hic, in ista petitione, si bene aduertatur. Nam petitio fuit, qō eleuarentur trabes ponte, z vlteriꝰ nō procederet, vt apparet in petitione producta: z istud potuit peti ex verbis edict. de oper. no. nun. pout continet cautam pphibitoriam: quia ad id quod iam factum est, vt tollatur nō pertinet. l. j. §. j. de ope. no. nun. Aliter ergo non fuit petitum, vt d. §. j. ponit, in quibus iudicijs venit non solum quod destruatur quod factum est, sed ne in futurum fiat, l. harum, z l. egi. ff. si ser. vēdi, z de itine. actuq; primi. l. ij. §. in hoc interdicto, z ibi not. z ff. vti pos. l. si duo. in ii, z ibi etiam no. Sed in casu proposito, precepti fuit factum secundum formam petitionis oblate, vt in ipso precepto cōtinetur, z expresse apparet: ergo illud quod debuit fieri per diffinitiuam istam, fuit factum ex abrupto, parte non monita, non conuicta, non confessa, nullo iuris ordine seruato z sic tale preceptum fuit ipso iure nullum. l. prolatas. C. de sen. z interlocu. om. iu, z C. com. vel epi. l. iudex. z l. n. Et illa clausula[d] que in precepto inseritur, compareat coram nobis, ꝛc. nō iustificat preceptum, cū hoc nullo iure remaneat. ¶ Preterea nō dicit quod compareat ad allegandum de suo grauamine z ad respondendum petitioni oblate, preceptum ergo remanet factum simpliciter z sic nullum, z contra ius: vt supra probatū est apparet ergo quod siue dicas preceptum monitionem continere siue non, preceptum dictum fuit iniquum. Et sic cōcluditur, qꝰ iudex debet pronunciare male iudicatum: z bene esse appellatum, z dictum preceptum esse, vel fuisse nullum, z sic superuacuo appellatum, secūm doctrinam communem, quatenus hoc preceptum continet prohibitionem ne procedatur in opere Bar.

a Tho. D. ¶ Queritur. Istud consilium alias inci. super secundo quo queritur que sententia. Et aduerte quod secundum ordinem ¶ Perusi. est in prima parte iudiciorum, in consi. xl. z ibi non est principium consilij, sed est consilium quod inci. super puncto questionis. z est supra in cōsil. lxiij. z alias inci. Leonis z Falconis. z postea sequitur super secūdo quo queritur. z sic est vnum cōsilium. Secūdo aduerte, quod factum istius cōsilij, ex quo est vnum z idem cōsilium est positum supra in consil. lxiij. ibi, Item queritur, que sententia, ꝛc.

b ¶ Et forma. Not. quomodo debet fieri in nunciatorem precepti noui operis.

c ¶ Interdicto. Adde no. per Bar. in l. de pupillo. §. nunciationem. z §. qui opus. z ibi plene per do. meum do. ias. ff. de no. ope. nuncia. licet non alleget Bart. hic, z vide ¶ Pau. de La. in d. l. de pupillo. §. meminisse. Th.

d ¶ Et illa clausula Vide ias. in l. nec quicquam. §. vbi decretus z ibi scripsi in apost. mea. ff. de offi. procon. z leg. z vide Alexā. de imol. in l. de pupillo. §. meminisse. z ibi dixi. in apo. ad Bar. ff. de ope. no. nun.

CONSIL. LXXXI.

Si statuto ciuitatis caueatur qō possidēs rem immobilez dēat eā cum omnibus iuribus ipsius insinuare syndico cōis, an donatarius cuius nomine donator possedit duobꝰ annis incidat in penam si hoc nō fecit. Item, quomodo probetur ista negatiua. Item, an agēti vti possidetis obstet exceptio dominij tertij. Item, an presumatur donatio fictitia, propterea qz donator possedit nomine donatarij per duos annos.

1 ☞ Opponēs exceptionem negatiuam debet ipsam probare, vidēlicet in denunciatione facta communi.

2 Negatiua quomodo probetur.

3 Agenti interdicto vti possidetis vel de turbata possessione non obstat exceptio denunciationis non facte syndico communis.

4 Agēti interdicto vti possidetis vel de possessione turbata, non obstat exceptio dominij.

5 Exceptio dominij non potest opponi, nisi per illum in quem dominium transfertur non autem per alium.

6 Dominium z ius hereditarium transit in fiscum.

7 An donatarius cadat a iure suo, si non denunciauit res donatas commuui.

8 Donator si remanet in possessione rei donate, an videatur fictia donatio.

9 Constitutio possessionis, scilicet cōstituo me possidere, habetur loco traditionis.

a Martinus Formiconis de Eugubio donauit Vallarello certas res immobiles, quas cōstituit se eius nomine possidere: deinde viuēte donatore, donatarius possessione no apprehēdit, sed post mortē eius statim. Item heres dicti donatoris dictarū rerum pos. apprehēdit, cōtigit etiam qō viuo donatore Commune Eugubij, qz multa bona ciuium alienabantur in non subiectos, statuit quod quicūq; haberet, vel possideret aliquā rem immobilē, teneatur ipsam re, z omnia iura, que in ipsis haberet, denunciare syndico cōmunis Eugubij intra certa tēpora, alias omne ius qō haberet in re, sit ipsius Cōmunis ipso iure, nūc dictus donatarius agit interdicto vti possidetis, seu accusat de turbata possessione, vel dāno dato in dictis rebus p heredē dicti donatoris: opponitur, qō donatarius perdit ius iuri, quia cōmuni nō denūciauit intra tēpora statuta. Item opponit, qō dicta donatio presumit fictitia, qz dictꝰ donator post duos annos post dictā donationē dictas res tenuit, z ex eis fructus percepit. Queritur, si doceat dictas res fuisse donatas, an donatarius per hoc a iure suo ceciderit. Secūdo, an hec exceptio possit per hūc heredē in hoc iudicio opponi, ita qō obstet. Tertio, an presumatur ficta dicta donatio ex cauis supradictis, relatis. ¶ Famosissime Doctor, z charissime dñe petre, vitis vestris allegationibus subtiliter factis, z omnibus. Ego in questione ista circa potestatem statutorium nihil scribere intendo, qz facti

1 obseruātia se habet, vt q; ciuitates tacūt, seruetur. † Posito itaq; pro cōstanti quod statutum valeat, animaduertendum puto, quod licet obiciatur quod donatarius nō fecit denūciationem Cōmuni, que est negatiua: tamē qz ad faciendam denūciationem nō tenebatur quis ipsi aduersario opponēti, sed Communi Eugubij, ille q opponit debet hāc negatiuā pbare, alias in sua exceptioe succūberet. Hoc tenet Inn. extra de accu. c. super his, z Ly. C. de iu. emph. l. ij. in v. q. † Ista aūt negatiua [b] proba-

2 b re pōt altero de duobus modis. ¶ Primo, si sint certi iuris, in quibus continētur oēs denūciationes facte communi, in quibus talis denūciatio nō reperit: z hoc pbatu ē, qꝰ nō reperit. l. ij. C. de iure emphy. vel qz fecit diligēter explorari ab omnibus, qui debeat

debēt hoc scire, z scirēt si talis denūciatio facta esset, vt exīsse dicit ter. de ver. ob. l. hoc iure. † Sed posito, q̄ pbatum sit denunciationē non esse factā, veniamus ad q. an dicta exceptio obstet, z si quidē agatur interdicto vti possidetis, vel accusēt de possessione turbata non est dubium quod talis exceptio nō obstabit. Nam ex eo, qđ dominiū esset trāslatū in cōmune Eugubij ipso iure: possessio tñ ciuilis, que erat apud donatorē, non: vt no. ff. p solu. l. cum duobus. §. idē rīdit. z C. de sac. san. ec. l. fi. in antepe. gl. z arg. ff. de acqui. pos. l. q̄nis. Apparet ergo, qđ dictus donatarius possidet, z iuste quo ad eū: q̄ precario, z sic debet vincere, vt ff. vti possid. l. j. in fi. cum l. seq. z C. vti possid. l. j. † Preterea * exceptio dominij * non pōt opponi agēti vti possid. seu de possessione turbata. secundū verā opi. vt est expressum. C. si p vim, vel alio modo. l. j. fm intellectum gl. sup rub. z no. ff. de acq. pos. l. si ideo. §. fi. 3 Dy. videat tenere Zium de reg. iur. c. qui ad agē dū. lib. vj. z p eundē Dy. de interd. l. ij. §. quedā. tñ non dñ dicit, q̄ contra dictatura. Sed posito qđ verū diceret, ipse tñ loquit q̄ opponit de dñio ipsius excipiētis, z hic opponit de dñio tertij sine dubio nō obstat in q. turbata pos. l. j. in fi. z l. si q. vti pos. Si vero agat, siue excusēt heres predictus de dāno dato, † tunc habet plus dubij quest. q̄ talis actio dat dño, d vt ff. ad leg. aqil. litē. Vela. §. legis aūt Aquilie actio. z sic vī, q̄ exceptio dñij et tertie * pone excludat agentē, vt C. de ser. fug. l. cū seruum. z ibi gl. super verbo opp. hoc dicit expresse. Finaliter tñ est verū, vt in casu nostro. z in simil. obiectionibus, qđ vbi propter aliqđ nob obseruatum pditur dominium, qđ in alium trāsferant: tūc hoc non pōt opponere, nisi ille dominus in quem transfert, non extraneus. hoc dicit expresse gl. ff. si ager vect. vel emph. pe. l. ij. in ulla gl. que ibi sola est. Pro hoc est ter. z glo. in terminis nostre queſt. ff. ta. ec. l. is consequenter. §. j. vbi hoc expresse ponit. Nec dicat aliquis qđ ibi non transferūtur bona in fiscū ipso iure, sz p sniam. vt ibi dicit gl. qz debet intelligi de snia lata super actione realiq̄ et rei vendicatione, vel petitione hēditatis, † q̄ dominium. z ius hēditarium directū tranlit in fiscū ipso iure, vt ff. de iur. fisci. Imperator. z C. de his quib. vt indig. l. j. † Ante aūt, q̄ fiscus agnoscat, non dicuntur esse fisci *, qz posset esse q̄ fiscus nollet dicta bona agnoscere quasi non idonea. l. j. §. an bona. z l. non possunt. de iu. fisc. z ideo in istis bonis quantūcūq̄ in fisc cum delatis ipso iure, tamen si non sunt incorporata in patrimonium fisci requiritur possessio modici tpis. l. ij. C. de vec. z cōmis. z ff. de diuer. z temp. prescri. l. inter quatuor. z l. in oibus. §. in aliis requiratur prescri. xxx. ann. vel xl. Cū ergo iste res non fuerint adipuctisti donatario ablate, z in fiscū incorporate, non pōt eis opponi exceptio de iure fisci, vt d. l. his consequenter. §. j.

8 † Super vltimo, an dicta donatio presumat fictitia * ex causa predicta facit, q̄ sic. l. sicut. §. supuacuum. ff. qui. mo. pign. vel hypo. ol. z q̄ no. Dy. ff. de prin. cred. l. omnes. §. Lucius. Ad idem expressum vī de nat. lib. l. ij. in fi. z ff. de acq. her. l. si is. q̄ bonis. z qđ no. Ly. de repu. her. l. j. z ij. tñ si statuta municipalia super hoc nihil disponit, contra puro de iure, p l. quisquis. C. de dona. item per l. Papinianus. ff. de do. inter vir. z vxo. que dicit donationē non confirmari morte, nisi puentum sit ad traditionē, vt ibi tū illud intelligitur, nisi aliud interueniat qđ loco traditionis habeatur, vt no. §. de dolo. l. qđ de suo. z ibi gl. ita in proposito, cum loco traditionis † interuenerit, q̄ constituit se nomine donatarij possidere. Nam p hoc acquiritur possessio, vt iura vulgaria dicunt, dico satis factū esse legi. que vellet donatarium possidere, cum in veritate donator nunq̄ possederit post donationē. Preterea, omnes ille leges, que loquunt q̄ cōtractus presumatur fictitius, habent locum quādo extraneus hoc opponit: hic vero ipsemet qui donauit non pōt hoc opponere: qz ex eo q̄ donatarius ab eo nō petijt, sensit lucrum, ergo, &c. l. cum in fundo. §. si mulier. de iur. do. Preterea, in donatione expressum est q̄ parcendum est donatario, si eum non precipitauit ad solutionem. l. si extraneus. de iure do. Ex quibus concluditur donationem illam non presumi * fictitiam. Bar.

ADDITIONES.

a Th. D. Martinus Fornicōnis. Adde q̄ alias inci. Martinus de Eugubio. z ita allegat Pe. Lor. in cōsi. cccij. inci. Viso dicto. iij. vol. z Bal. in c. j. §. quis ita. in fi. de feudo dato in vicem legis commissorie, in vlti. feu. Et. Barb. inter consi. Alex. in consi. cxxij. incip. Scripsit ecclesiast. in iij. vol. alias inci. Martinus Ferrarius. z ita est in consi. j. in ij. parte. de cōtractibus. Et de materia istius consi. vide Barto. in consi. lxv. incip. Petr. Rico le, z ibi scripsi.

b ¶ Negatiua. Ro. modum probandi negatiuam. De isto dicto Barto. vide plene per Andr. Barba. in cap. tertio loco. de probatio. z Alex. de Imo. in dicto consi. cxxij. in iij. volum. incip. scripsit. z vide Bar. in consi. cij. inci. clarissime domine.

* ¶ Probatum est. Vide Pau. de ca. consi. l. Et qui teneātur negatiuam probare. vide anch. consi. cclv.

* ¶ Obstet. Vide Bal. consi. cxxj. lib. iij.

* ¶ Dominij. Vide Pe. de anch. consi. crlv.

c Th. D. De dñio excipiētis. Vide Bal. in c. j. §. si quis ita. in fi. de feu. dato in vic. leg. commis. z Bar. Soc. in cōsi. cclxiij. inci. visis instru. in ij. vol. z Pe. Lor. in consi. cciij. inci. viso dicto. in iij. vol. vbi alleg. Bar. in isto consi.

d ¶ Datur domino. Ro. q̄ vult Bar. hic q̄ actio de damno dato datur domino. Et ita alleg. Bar. hic, Jo. Bertachi. in suo repertorio. in verb. actio. j. in versi. xliij.

* ¶ Tertie. Vide Pe. de anch. consi. cxviij.

* ¶ Esse fisci. Vide Bal. consi. cccviij. lib. iij. z ibi quanto tēpore prescribantur, stante predicto statuto.

* ¶ Fictitia. Vide Rom. consi. ccxlvj.

* ¶ Non presumi. In quantum Bart. concludit donationē non esse factam probari posse per libros, z sic per scripturam, addite his ea que voluit Jnn. z Jo. an. in reg. sine possess. in mercurial. z per Jnn. Ant. bu. Panor. in c. qm̄ contra. extra de prob. z in c. in presentia. extr. de renun. p Jo. an. ad Spe. tit. de sentē. §. vt autem. in additione incipi. supple p emptorem. circa medium. Pau. de ca. consi. cl. cui aūt incumbat onus probādi negatiuā, z qua liter probetur videte p eundē in l. si quis consortium. li. xj. z in l. actor. C. de prob. per Spe. in ti. de prob. §. j. z Jnn. in c. ij. de p̄ba. bona est glo. in can. accusator. vj. q. v. z p Pe. de anch. consi. ccl. An autem posset excipi de dominio tertij. videte per eūdem in l. j. ff. de exce. rei iud. z in l. indebiti. §. sed z si nummi. ff. de condi. inde. z in l. iij. §. cum extaret impubes. ff. ad Carbonian. z in l. seruus. §. boue. ff. de cond. furti. z in l. ex duobus. ff. de duob. reis. z gl. in c. veniens. de conuers. coniug. z gl. in c. ad decimas. de rest. spo. li. vj. tex. in c. frequens. eod. tit. Jo. and. in ca. mandatum. de rescrip. Vide etiam Pe. de anch. consi. cxviij.

CONSIL. LXXXII.

Si negetur potestas delegantis, id est. q̄ nō habebat potestatē delegandi, sufficit probare possessioē, in qua erat tempore delegationis. Item, quomodo iudex debet pronunciare in causa appellationis, si pars dicit se lesam.

1 Sententia iudicis, qui est in potestate iudicandi, valet.

2 Probare non sufficit qđ talis non erat rector, sed etiam qđ non erat in possessione.

3 Iniustitia facta ex odio principalis nō debet nocere fideiussori.

4 Fideiussor condemnatus que pōt exigere a principali, z que pōt opponere.

Punctus questionis vertētis inter Liberum Leonis, z Me. Cānis, z ser Thomam eorum procuratorē ex vna parte agētes, z Bernardū Bhilardi, z vxorem Jaso. ser Salim. z eorum procuratorem ex altera parte defendētes talis est, que sint partes iudicis sup petitione porrecta, seu narratione per d. ser Thomam procuratorē predictorum, z quid iudex cause facere, z pnunciare debeat sup petitis, z positis p dictum Thomam, z Jacobum procuratorem predictorum coram eo. Visis actis, z actitatis in causa: z visis statutis z ordinamentis, z reformationibus, z omnibus iuribus z allegationibus vtriusq̄ partis, quē punctum dictus iudex ad dictarū partium voluntate consulendum commisit sapienti viro Domino Bar. a Saroferrato legum doctori, vtriusq̄ partis confidato, cum salario quatuor florenorū. ¶ † In questione predicta primo videndum est de potestate cōseruatoris, qui dictam sniam tulit. Ad qđ dicendum est, quod potestatē, z iurisdictionem habet predicta faciēdi ex commissione sibi facta, per priores ciuitatis Perusij, de hoc tunc potestatē habētes, vt ex forma predictorum, z summissione facta de ciuitate Castelli, vt ex cōfirmatione, z cōcessione dictorum priorum, qui hoc cōcesserunt, patet. Sed posito, qđ non valuisset: de iure tñ erat in possessione, vel quasi, sic faciendi: vt notorium est, qđ sufficit, vt extra de elec. c. querelam. Cū eīm quis in possessione est donec amoueatur, nō debet impediri omnia facere. l. penultima. ff. de aqua quotidia. z estiua. Ad idem l. Barbarius. ff. de officio pretoris.

2 plene p Jnn. in c. nihil. extra de elec. Ex hoc cōcluditur, † quod si excipiatur quod talis nō habuit potestatem, non valet hec exceptio: sed debet sic formari, quod talis nō erat rector, nec erat

a in possessione, a vel quasi, talis rectorie, vel iurisdictionis. Casus est expressus C. de testib. l. j. si bene inspiciatur. ¶ Videdum est secundo, vtrum dictus conseruator fecerit secundum formam concessionis, z potestatis sibi concesse. Circa quod sciendum est, quod in dicto ordinamento inter cetera dicitur, quod

b possit iquirere, z veritatē summarie z de facto reperire, z ita de facto condemnare z mulctare. ¶Hoc em quod dicit de facto, importat sine cause cognitione, z sine pbatione vt l. actus fustiū. ff. de his q no. infa. z ibi notat gl. in prin. vel de facto etiā si rigor iuris repugnet, vt ff. de mi. l. veriū. §. ex facto. z ibi gl. in ver. reducere. posito, quod dicti conseruatores nō seruauerint ordiné iuris. tamen valuit quod de facto processit. ¶Preterea, posito q̄ predictus non processerit ex forma dicte legis, tamen processit ex forma pmissionis facte a reo principali, z a bonis fideiussori bus. ¶Promisit enim reus principalis qui non cōuenitur, solue re omnem quātitatem, cū cōdemnatione, vel sine, z in hoc intercessit fideiussor. †Si enim soluit fideiussor, secundū q̄s principalis promisit, nō est q̄s sibi imputetur. ¶Preterea si iniustitia fuit facta odio principalis ergo sibi imputabit. l. si merces. §. culpe. ff. loc. Et †predictis apparet, q̄s circa principale in quo fuit cōdēnatus, z fideiussores soluerūt, vt cōstat publicis instrumentis, sine dubio fideiussores debēt cōseruari indēnes. Sup reliquis vero dampnis, videtur indubitanter dicendū viso statuto ciuitatis Castelli, quod loquitur de hoc, z de pcessu super hoc facto, q̄s iudex debeat videre, z examinare causas, ex q̄bus se dicit dampnificatum, an iniuste sint, non enim ob aliud requiritur expressio cause, vt ff. de transactio. l. cum hi. §. in causa. ¶Nunc in proposita questione assignantur quedam cause, ex quibus dāni ficatum se dicit que nō sunt iuste, dum dicit fideiussor se mulctatum propter ipsius contumaciam in xxv. flor. ¶Istud autem fideiussor non potest repetere. l. qui propio. §. procuratoi. ibi, penam autem. ff. de procuratoib. z ibi notatur, z eadem ratione nō potest repetere alios xxv. florenos, quos dicit se soluisse pro vsuris dictorum xxv. florenorum. Item assignatur alia causa, quod soluit viginti florenos aduocato, z pcuratori, in causa predicta, in qua victus fuit, quā quātitatē repetere non pōt: q̄z non debuit litigare. l. iam tamē. §. in hac stipulatione hoc tractatur. versi. z
4 si quidem victi. ff. iud. sol. † Item dicunt fideiussores se dampnificatos, inquantum soluerunt xx. florenos pro habēdo in publica forma scripturas, z acta, ista causa est iusta, z rationabilis. l. scimus. §. in cōputatione. C. de iur. delibe. Item dicūt se lesos, z dampnificatos in quantitate cētum florenorum auri quos soluerūt do. ¶Nicolutio. z ista est cā iusta z rationibilis. d. l. scimus. §. in contemplatione. de iur. delib. q̄z est debitum principale, item dicūt se lesos. z dampnificatos in quantitate centum florenorum auri pro vsuris, quas oportuit eos soluere pro inueniendo dictos centum florenos, z pro dictis cētum florenis: ista cā etiam est iusta: vt ff. de nego. ge. l. at qui natura. §. non tantum. z ff. de vsur. l. z in Ytia. z hoc circa causas declaratas die vigesimo octauo mēsis Iunij, vt ex actis apparet. ¶Deinde declarauerūt certas alias causas, z q̄titates, quibus se dāmificatos dicunt, z lesos in xxv. florenis in expēsis, quas fecerunt q̄ fuerūt detenti in ista cā. Non em debuerunt contēnere, z detineri se facere, sed statim soluere: si nō habebant sub vsuris inuentre, vt fecerunt postea, vt supra dictū est. Item, dicunt se lesos z dampnificatos in q̄titate cxl. florenorum, pro eo q̄ coacti fuerūt soluere creditori, q̄ se obligauerūt occasiōe dicte fideiussionis: z sic oportuit eos vēdere vinum suū minus quā valeret, vñ dampnificatos se dicunt in q̄titate cxl. florenorum. ista cā nō est legitima: q̄, vt supra dixi, dicto creditori soluerūt de pecunia sub vsuris recepta: non de pecunia redacta ex venditione vini. Ite, si vēdiderint minori pretio quā valeret, fuerunt in culpa: vñ imputet eis. Item, dicunt se lesos in q̄titate quinquaginta florenorum auri, p vsuris solutis pro quantitate xx. florenorū: que cause nō sunt iuste, cum cause ex quibus sors, cui dicte vsure accesserūt, petit, vt supra, sunt reprobate. Concludit ergo ex predictis, q̄s partes iudicis super petitionibus, z narrationibus p̄ductis per dictos Albertum, z Meum, seu eorū procuratoris, tales esse debeāt, quod pronunciet executionem faciēdam, z ipsam faciat efficaciter contra dominum Bernardū, z eius bona in dictis quantitatibus, que supra dicte sunt, iuxta petitionem scz in quantitate centum florenorum auri, solutorum pro questione primaria domino ¶Nicolutio. z in xx. floren. solutis pro scripturis, z actis. Item, pro cl. florenis pro vsuris dictorum cētum. ¶Et ceteris vero quantitatibus petitis, z declaratis, iudex debet dictū Bernardum, z eius procuratorem absoluere, z predictis Alberto, z Meo, z ipsorum procuratori silentiū imponere. Et ita dico predictis visis, actis instrumentis, statutis, z ordinamentis, z iuribus, vtriusque partis mihi transmissis, saluo semper, &c.

ADDITIONES.

a Th. D. ¶In possessiōe, Ho. q̄ dicit Bar. hic, q̄ nō sufficit probare talis non erat rector, sed etiam, q̄s ipse non erat in possessione, vel quasi, talis rectorie. Adde Bart. in l. si arbiter. in fi. C. de sentē. z inter. om. z in l. ad testium. §. j. ff. de testa. z in l. cū lege. §. j. in fine. C. de testa. cum concor. de quibus ibi per d. meum do. Ias. cui adde Bar. hic.

b ¶De facto. De intellectu istorum verborum, vide Bart. plene in extrauagan. ad reprimendum. in verb. videbit. in fi. z ibi apo. meam. z vide Beoz. g. Hatam. in cle. sepe. in §. non sic tū. de verb. sig. Et adde quod dicta Bar. in hoc consi. sequitur Jo. de ana. in c. pe. de accu. z vide Aler. de Imo. in l. pretoris. ff. de his qui no. infa. z apost. Bar. z ipsius Aler. consi. xiij. in vj. vol. inc. prospectis his. z in consi. clxxxix. in eod. vol. in causa, z lite vertēte. in vlt. col. in fi. vbi alle. Bar. hec, q̄s ibi quis habet potestatem inquirendi veritatem summarie, z de facto condemnando, q̄s illa verba important quod etiam sine cause cognitione, z probatione condemnare possit, vt ibi per ipsum.

c ¶Ex odio. Inquantum Bart. hic vult q̄s si iniustitia sit facta ex odio principalis, non dz nocere fideiussori, adde no. per Bar. in d. l. merces. §. culpe. ff. loc. Bal. Pau. de ca. z Aler. in l. pe. §. j. ff. sol. ma. per Jo. de ana. in consi. lxxiij. inci. visis, z ponderatis.

d ¶Justa cā. Ho. que pōt exigere fideiussor a principali, z q̄ posset opponere, z vide Bar. i d. l. si quis. §. in hac. vbi plene. ff. iud. sol. z quid si fideiussor non opposuit exceptiones, z succubuit, an repetat a principali, vide Bart. z doct. in l. at qui. §. cum me absente. ff. de neg. gest. z in l. si fideiussor. in prin. ff. in mandati.

¶Adde Bar. hic, Rom. consi. cj. z Abb. consi. vij. lib. ij.

e ¶Pro vsuris. Ho. q̄s dicit Bar. hic, q̄ si fideiussit pro aliquo, z ob id solui vsuras vsurario a quo accepi mutuo, vt posset satisfacere creditori illas possum repetere etiam de iure canonico, z ita allegat Bar. hic Jo. de Sanct. Seuer. in l. j. C. de sum. tri. z fid. catholic.

CONSIL. LXXXIII.

Super predicto puncto cōtēto in primo consilio domini Francisci, quo queritur que sententia sit ferenda in causa appellationis predictorum. Ad veritatem huius questionis inuestigandam videndum est, &c. Vide materiaz huius consilij plene, z perfecte, supra in consi. lxxx.

CONSIL. LXXXIIII.

Non pōt quis liberare detentum in carceribus sine speciali mandato. Item, statutum loquens de nullitatibus, vel appellationibus, habet locum in nullitatibus factis, vel appellationibus ante statutum interpositis.

1 §¶Eximere aliquez de carceribus requirit speciale mandatū.
3 Statutum loquens de nullitatibus, z appellationibus, habet locum in appellationibus nouis, z antiquis.
3 Judex ex officio de his que pertinent ad publicaz vtilitatē potest vti scripturis productis coram se.

a ¶In causa Statij [a] procuratoris Alānij de Pergula, vnus omnibus que videda fuerūt videtur dicendū de iure quod partes iudicis debent esse tales. quod pronuntiet bene pronuntiatum per dominum ¶Potestatez, reiecta nullitate super dicta appellatione, z male appellatum per dictum
1 Statium. †Quod probatur primo, quia dictus Statius petebat sententiā pronunciari nullā, z illi Alannū eximi de carceribus: sed illa causa, quod liber homo eximat de manibus alteri
b non potest fieri per procuratorē [b]. l. ¶Pononius. in prin. ff. de pcu. z l. illud. ff. de minori. z licet hoc possit quilibet de populo: tamen hoc non potest vt procurator illius, sed sine speciali māda
c to [c]. Et si dicatur, hoc expressit in mandato dū dicit, in causa q̄ habiturus est cuz communi, z eius syndico. dico, quod hoc nū sufficit ad speciale mandatuz. l. si quis mihi bona. §. iussuz. ff. de
d acqui. here. [d] Preterea, si dicatur speciale mandatum habuisse tamen non dixit nullum intra tempora intra que potuit. s. in
2 tra tēpora appellationis, secundū formā statuti. †Hec obstat si dicatur, quod statutū vēdicat sibi locū in condēnatis ante statutum: q̄ hoc est falsum. Maz vendicat sibi locū in omnibus appellationibus, z nullitatibus opponendis post dictum statutū. licet pronatur de sententia lata ante, sic lex loquens de liberatione, habet locū i liberationib' fiēdis z obligationib' antiqz
3 vt C. de testi. l. testiuz. z no. doc. C. de legi. l. leges. † Preterea ea q̄ facta sunt coza eodē iudice, licet nō fuerūt producta per syndicum cause pōt iudex eis vti ex suo officio in hac causa que pertinet ad publi. vtilitatē, l. filiusfamil. §. veteranis. ff. de procurat.

ADDITIO.

a Th. D. ¶In causa Statij. Istud cons. secūdū ordiné Perus. est in j. parte iudiciorū. in consi. lxxvij. z de isto cōsi. meminit. Zu. Rom. in cons. cclj. incip. spectabiles domini. in vlt. col.

b Th. D. ¶Per procuratorem Adde inquantuz Bar. hic, vult quod ad faciendum quem eximere a carceribus requiritur speciale mādatū quod istud refert, z sequitur Zu. Ro. in singulis, suis, in litera ¶D. in ver. cxlix. in c. procuratoi. cōtrariū de directo

consu

cōsuluit Lu. ROo. in consi. cexl. inci. spectabiles domini. z vide Alex. de Imo. in consi. cxxxix. in vj. vol. inci. circa executionem, z do. Jo. Bap. de sancto Seuerino, in suo trac. de debitoꝛib. fugitiuis, in xiij. q. prim. vbi plene, z vide Ang. de are. in §. preterea, Insti. de act.

c ¶ Mandato. ROo. consi. cexlj. dicit hoc falsissimū, vide ibi circa finem ver. ad istud breuiter respondemus, z incipit illud consi. Spectabiles domini collaterales.

d Th. D. ¶ Nec acqui. here. Vide Bar. in l. filiussa. ff. de dona. in verſi. tertio facit. cum concordan. de quibus ibi per Alexā. de Imo. in apost. Bar. vbi etiam alleg. Bar. hic.

CONSIL. LXXXV.

Si respondetur ad positionem que dicit qꝫ possedit Titius pro dote vsque ad mortem quod heres credit. an ex hoc videatur eius actio, z an tituli, pro dote, z pro herede possint concurrere.

☞ Responsione positioni facta, quod credit possidere pro dote inducitur aditio.

2 Titulus pro dote, z titulus pro herede, possunt insimul cōcurrere.

3 Titulus pro dote, est titulus, pro suo, ꝛc.

In questione Joannis dimicatoris ex vna parte, z Francisci de Tuderto ex alia. Jn eo, qꝫ dictus Frā. conueniendo dictū Jo. dicebat, sibi tanqꝫ heredi insolidū dotē matris sue debere restitui, z dictus Jo. reconueniendo eundē dicebat, sibi restitui debere partem dicte dotis tanqꝫ heredi, mediātē persona fratris heredis filiorū dicte dñe per quē fuerat questa dicta hereditas ex possessione per eū habita, ꝛc. Jn dei noie amen. Jn questione Jo. Ricochi, z recōuentione reconuentionis, inter cetera dubiū vertitur, qz do. Joā. super xvj. positione que cōtinet, qꝺ Benedic. dictā terrā possedit titu. dictarum dotium, continuo vsqꝫ ad mortē, rūdit, credo, per qꝺ dicitur, qꝫ nō

1 videtur probata traditio, a qz ex hoc sequitur, qꝺ possedit titul.

a pro herede, de quo miroꝛ, quo hoc alleget ab aliquo, cui aliquid intelligit, nā nulli dubiū est, qꝫ eandem rem possumus possidere pro dote, z tit. pro herede, casus est in l. iij. §. ex pluribꝫ. ff. de acqui. pos. quid enim prohibet, quin hinc qui habebat rem titulo pro dote, superueniat titulus pro herede ex persona filiorum suoꝝ: certe nihil, z solu. mat. ꝺz fundus dotalis, z possidet, vt dotalis. ff. de fun. do. l. etiā diremptō. z l. dotale. §. j. ver. heredi quoque, vnde videtur, qꝺ so. ma. possedit titulo dictarum dotium, z tū non excluderet quin possideret titu. pro herede, vñ ablatꝫ sua contentione, vel ex rei probatione, apparet dictū Jo. obtinere.

2 †Sed si pertinaciter diceret, qꝺ titulus pro herede, z titulꝰ pro dote non possunt cōcurrere: qz titulus pro dote, sit possidere p alieno: z tit. pro herede, sit possidere pro suo, † ſRñ. quod falsum

3 est, imo tit. pro dote, est titu. pro suo, sicut est qꝫ pro emptore possedit. l. ex promiss. one. ff. de ac. z ob. z pro dote. l. j. Si tamen hoc aduersarius non diceret, esset dicendū confessionem fuisse erroneam, z probatur, nam error facti alicui probatur probando rē aliter se habere, vt ff. de inter. act. l. de etate. §. qui iusto. z de probatis. l. cum de indebito. §. j. no. ff. de confess. l. non fatetur. z expresse ff. de iuris z fac. igno. l. si post diuisionem. vbi, probando testū non valere, presumitur error. Nunc ad propositum, si aduersarius dicit qꝫ possideret pro dote, z sic pro alieno possideret, z Jo. dixit, concedo, alias credo: dico, quod probatū est rem aliter se habere: qz dictus Benedictus possedit pro suo, z tanquam suū z testes aperte dicunt, sic probatum est rem aliter se habere, ergo probatum est, vt dictum est supra, ꝛc.

ADDITIO.

a Th. D. ¶ Additio. Adde, qꝺ etiam in contractibus si quis dicat, volo adire, talia verba diſponunt, ſm Bart. in l. gerit. ff. de acqui. here. Ang. in l. sed si alio. ff. ad Trebel. plene per Jaſ. in l. j. in iij. colum. z ibi scripſi. C. de summa trini. z fid. catho.

CONSIL. LXXXVI.

Quod non creditur nuncio, si dicit contra id qꝺ primo dixit, sicut nec etiam creditur testi.

1 ☞ Nuncio non creditur dicenti contra suam relationem, vel citationem.

2 Credendum non est secundo dicto contra primum dictum.

Non creditur nuncio † dicēti cōtra suā relationē, seu citationē, quā retulit ante per se factam, vt extra de probat. c. quoniam contra falsam, super verbo, citationes. ad fi. gl. z melius de app. c. cum parati. in ver. suus nuncꝰ. ad fi. gl.

a Nam circa citationem bene creditꝰ, nō contra, nec alicuius dicto secundo contra primū creditur, † vt plene not. extra de presump. c. literas. in verb. purgauit. vbi etiam dicitur quod tā in

iudicio, quam extra iudiciū statur primo dicto, nec etiam creditur testi in secūdo dicto si dixerit contra primum, extra de testi. c. cum causam que, super verbo, voluerint ratas. ibi, sed si quis testis secundo, ꝛc. z eod. tit. c. veniens. super verb. vtraqꝫ pars. ver. sed si illi etiam. ad fi. gl. z per Inn. super verbo, eosdem vltra medium gl. z ibi, z bene fateoꝛ.

ADDITIO.

a Th. D. ¶ Non creditur. An z quando credatur nuncio in his que spectant ad eius officiū, vide plene per Jaſ. do. meum. in l. properandum. §. z si quidem. C. de iudic. z ibi posuit de nuncio, qui dicit se citasse Caium, z Caius cū iuramento dicit contrarium, cui magis debet credi, vide ibi per ipsum, z ibi scripsi.

CONSIL. LXXXVII.

Quod ſz statutum velit trahi ad preterita non vꝫ, nec potest ad decisa referri. Et no. quod laudū refert ad tempora compromissi.

1 ☞ Statutum non potest referri ad causas preteritas, vel decisas transactione, vel sententia.

2 Causa si pendet per compromissum, idem iudicatur, ac si fuisset transactione finita.

3 Laudum latum refertur retro ad tempus compromissi.

4 Statutum referens se ad causas pendentes non valet.

Actum tale est, quod instrumētū mutui facti, z celebratū ab vndecim annis retro, petitur executioni mandari per actoꝛem contra reum in quantitate in instrumento cōtenta. Opposito pro parte rei, quod nō debet executioni mandari vetāte statuto ciuitatis Assisij, qꝺ loquit quod instrumenta mutui, z de positi, de quibus non est facta, vel petita executio intra. x. an-

a nos, sint cassa. ſRñdetur pro parte actoris, qꝺ ante cōfectionē dicti statuti petijt executionē dicti instrumenti. Modo viso dicto instrumēto, queritur quid iuris. Et videt dicēdum de iure, dictum instrumentū non fore exequendū. Puncto predicto, hoc in effectu addit, qꝺ de dicta cā dilatione pendente coꝝ iudice, z anteqꝫ statutum emanaret, fuit compromissum in ser Angelum, soli actui presentē, z acceptantem de iure, z de facto. Sup predicto puncto, z additione, dico, z consulo qꝺ dictuz instrūm debet executioni mandari, non obstāte statuto nouiter condito, z nō obstantibus allegationibus supradictis. Ad qꝺ sciendū, z inuestigādum est de significatione illoꝝ statutoꝝ: z an locum ha-

1 beant in preteritis, z presentibus, ꝛc. † Et certe talia verba non possunt referri ad causas preteritas iam decisas transactione, vel sententia, vt C. de transi. l. causas. z in authē. vt cū de ap. cog. in prin. z §. j. vbi exprimit. Sed illa cā eo ipso, qꝺ fuit cōpromis-

b sa de iure z de facto, z sic in arbitrū, z arbitratoꝛem fuit decisa

2 transactione: † qz tale cōpromissum est quedā transactio. perinde est eim, ac si diceremus, transigimus pro eo qꝺ talis arbitratoꝛ dicet, vt no. in authē. vt diffe. iudic. §. j. in feu. ergo ad istā causam non porrigit statutum, potissime cum talis arbitratoꝛ acce-

3 ptauerit, z sic possit cogi pronunciare. l. ij. §. j. de arbit. † Et qñ-

cunqꝫ feratur dicta sententia, seu laudū, refertur retro ad tempus cōpromissi, seu transactionis. l. potioꝛ, z in l. qui balneū. ff.

4 qui po. in pig. ha. z l. si filius. ff. de verb. obl. † Preterea posito qꝫ dicta causa non fuerit finita transactione, sed esset pendens coram iudice, vel coram arbitro, tamen dictum statutum ad causas pendentes non pōt referri, etiam si esset expressum in statu-

c to, quod ad causas pendentes in iudicio, vel coram arbitro refe-

d ratur, tale statutum in hoc non valeret, d sed secūdum veteres leges deberet iudicari, vt in aut. vt in med. lit. non fiant sacre iuſ. in prin. z §. si vero. ibi, alterius, z etiam si exprimitur de causa q̄ pendet per compromissum ibi, siue secundum arbitrium, siue secundum compromissum, ꝛc. z per hoc patet responsum allegationibus factis in contrarium.

ADDITIONES.

a ¶ Cassa. An valeat tale statutum, vide Anch. consi. xxvij. z ROmanum consi. cij.

b Th. D. ¶ Compromissa. Adde Bar. in l. causas. C. de transa. vbi tradit notabilem regulaz, qꝺ si fiat statutū nouū, z in eo expresse dicatur qꝺ habeat locū, seu trahatur ad omnia negotia, nedum futura, sed etiam presentia, z preterita: tamē non trahetur ad negotia decisa transactione, vel sententia, vel iuramēto, cum concoꝛ. de quibus per do. Jaſ. ibi: cui adde qꝺ dicit Bart. hic etiam si penderet causa per compromissum.

c ¶ Pendentes. Vide Pau. de ca. consi. lxxij. z cclxxxvij. z consil. ccxcj. z Ang. consi. lij.

d Ber. Z. ¶ Non valeret. Tria essent videda, si statutum de quo supra valeret, nihil esset aliud videdū. Sed videam? an valeat? Et videtur dicendū, qꝫ non qz est cōtra ius naturale z gentiuz z peccati nutritiuum, vt scilicet quis locupletur cum aliena ia-

etura,vt tz ipse Bar.in repe.l.oēs populi.iij.q.prin.in ver.ecce aliam queſt.ff.de iuſt.z iur.z in extrauag.ad reprimendum.in verb.per denunciationem.per Bal.in auth.ad hec.verū,ſz ponamus.C.de vſu.z in l.j.C.de ſeruit.z aqua.z in §.ſi quis p tri ginta.ſi de feu.fue.contro.z d.ſputat.ſua.inci.quidā fenerator. limitat valere ſtatutum tale,quando fit contra aliquā ꝓſonam odioſam.Ang.in l.ſequitur.§.ſi viam.ff.de vſucap.per text.in auth.vt Eccl.Rom.vbi ille tex.dicit,ꝙ talis preſcriptio dat materiam peccandi:q2 debitor ſciens preſcriptionē currere tarda bit ſolutionem,z colligit ex illis verbis.ſz,iniquum preſidū.z ita etiam tz Inn.in c.q2 pleriq3.de immunit.eccleſ.z Ant.de bu. in c.ſi.de preſcr.Mod.in c.ſi.de excep.in vj.Abb.ſicul.in d.c.ſi. de preſcri.videt inclinare in aliā quādam ſuam. Hoſt.in tit.de pen.§.que res.dicit ex mēte Bar.in d.§.ſi viam.ꝙ in actionib⁹ ꝓſonalibus preſcribēdis non requiritur ꝙ debitor credat ſe nō debitorem:imo quātumcūq3 ſciat,mhilominus preſcribit,q2 in iſtis regulariter oritur obligatio a principio ex partiū conſenſu:q2 mutuaſti.l.ſicut.C.de act.z obl.vnde ſi non ſoluo,per hoc non ſum in mala fide.q2 ex quo non petis poſſum probabiliter preſumere,ꝙ aut vis donare,aut maiorē gratiam expectando facere.arg.c.j.de cōmo.dicit tū ſecus eſſe ſi malitioſe retinui. Sz hec videntur eſſe parui mōēti,q2 nemo preſumit tactare ſuum donando.l.cū de indebito.ff.de prob.vñ cū dolus debitoris ponderet negligentie non petētis,dicemus concludendo,ipſum eſſe in mala fide,z ſic non preſcribere,nec ſtatutū valere,q2 caſus eſt in d.c.ſi.de preſcr.ſecund. ¶Ba.z ita conſuluit Alexan.de Imo.in conſi.xcix.in lib.iij. Sed preſuppoſito,ꝙ valeat,an debeat trahi ad preterita deciſa tranſactione,vel ſolū? Dicitur cū dom.conſultore,ꝙ non,vt etiam firmat Ang.in auth.vt cum de app.cogn.z in auth.hec conſtitutio.vbi contra Bar.tenet in illa queſt.poſita in l.omnes populi.ff.de iuſt.z iure.an ſi fiat ſtatutum,ꝙ femina non ſuccedat extante maſculo,an dictum ſtatutū trahatur ad filias quibus delata erat ſucceſſio añ condi tum ſtatutū.tz non reperiantur dotate,z in domo fratrū. Item ꝙ non trahatur ad preterita,tenuit ¶Pau.de ca.in cōſiliis ſuis cclxxxviij.z cxcj.z lxx.Ange.conſi.lij.incip.in queſt.propoſita. Circa tertium compromiſſum non eſt proprie tranſactio,ita dicit Bar.in l.quod ſi Epheſi.ff.quod cer.loc.z in l.furti.§.q iuſſu.ff.de ijs qui no.infam.¶Pau.de ca.conſi.lxx.

CONSIL. LXXXVIII.

1 ☞ Adſtringens ſe ad certum tempus,debet illud limitate probare.

2 ¶Probandum eſſe quod dicitur factum eſſe aliquo tempore.

3 Teſtis qui dicit ſe non eſſe conſanguineum,ſi comitet contrariū, dicitur falſum depoſuiſſe.

4 Teſtis ſi in vno dixit falſum,in nullo eſt ei credendum.

5 Minor non pōt renunciare iuri quod eſt introductum propter eius imbecillitatem etiam cum iuramento.

a In queſtione inter Frāciſcum[a] Bonelli, legitimū adminiſtratorē filij de quo in narratione facti contra Menſulam quodam Loli,z Angeli z Lechinū filios dicti Loli,in curia generali ducatus Spoleti viſa petitione producta in dicta cā,z articulis hinc inde factis,videt ꝙ partes iudicis ſint vel eſſe debeāt ſcz,ꝙ dictos reos cōuentos abſoluat a petitione prefata,z contentis in ea.¶Hoc aūt eſſe verū probo per illas rationes vigētes quibus reſponſum nō video,vt ſic non vt allegator,ſed vt conſultor ſcribā.¶Prima ratio q2 actor in libello aſſeruit ꝙ dicti cōuenti dederunt in ſolutū legitime rē de qua contendebant anno dñi M.cccxlj.de meſe Auguſti,dicti anni, ꝛc.Et ſe adſtrinxerunt ad venditionē factā certo tpe,z duo teſtes qui vident probare dictā dationē in ſolutū,ſcz,Mattheolus Loli,¶Paulect⁹ agnoleti non probāt tēpus deductū in petitione. Nam Mattheolus dicit ꝙ ſunt iam decē anni elapſi de meſe,z die dixit ſe non recordari.Et ſic non probat annū,nec meſem.¶Paulectus vero dixit ſe non recordari de menſe,vt in cōi dictis apparet.

1 †Et ſic arguit,ꝙ ille qui adſtringit ſe ad aliq̄s conditionaliter, limitat factum de quo agitur,tz illud non eſſet de neceſſitate,z ſi illud non probat,ſuccumbit,vt extra de prob.c.tz cauſam.ff.de inſti.l.habebat.in prin.¶Preterea regula generalis eſt,ꝙ quando aliquid dicitur factum certo tempore,illud debet probari:vt

2 ff.de alien.l.j.ergo idem dicēdum in eo tempore de incen.ruin. nau.l.j.in fin.z de vi z vi ar.l.j.§.rectiſſime.z ibi,tunc ſic accipimus, ꝛc.vnde iura,que dicunt non eſſe querendum de tēpore, verum eſt,quando non agit de actu facto certo tempore,vt no. C.de teſt ib.l.teſtium.z in l.ob carmē.§.fi.ff.de teſti.Hoc eſſe verum apparet,q2 cū actus donationis in ſolutum poſſit reiterari ſine probatione eius quod ponitur in libello, non concludit quod ſit probata illa datio in ſolutum que in libello producit vt extra de fide inſtr.c.cum Jo.Et ſic ſequitur,ꝙ non eſt proba

3 tum quod in libello deductum eſt.†Secundo,dicta per dictos ¶Paulectum z Mattheolum non ſunt valida:q2 interrogati ſi attinent dicto Bonello,dixerunt ꝙ nō,tamen conſtat ex cōfeſſione Bonelli,vt patet ex actis quod dictus Mattheol⁹ eſt nepos carnalis,z dictus ¶Paulectus nepos conſobrinus,z apparet quod dixerunt falſum,z preſumitur ꝙ ſcienter,quia non eſt

b verisimile cognatos ſanguine hoc ignorāſſe.ᵇvt ff.vñ cognati.l.

4 octaui gradus.z C.de in integ.reſt.l.de tutela.†Si ergo falſum dixerunt in vno ergo z in nullo eſt eis credendū,vt ff.de teſti.l. qui falſo.z ff.de fal.l.eos.z no.extra de teſti.c.in noſtra.De hoc etiam plene no.Imo,extra de teſtib.c.fraternitatis.Tertio,q2 probatur quod predicti qui dicunt dediſſe in ſolutum,non ſeruauerint ſolennitatem requiſitam tempore quo dicitur facta dicta ſolutio,ideo non valet:q2 non eſt ſeruata forma conſtitutionis ducalis,que conſtitutio producitur.Nec obſtat,quod dicitur renunciatum dicte conſtitutioni,z iuratum non venire contra.Ad cuius declarationem premitto,ꝙ quis non pōt renunciare illi iuri,qđ eſt introductū propter eius imbecillitatez: q2 ita decipitur renunciando,ſicut contrahēdo,vt ff.de noua.l.doli.§.diuerſum.Ita hic minor non potuit renūciare huic cōſtitutioni,ſicut nec dñicio reſtitutionis,vt no.ff.de mino.l.ſi inde circūuentus.C.de in integ.reſt.l.ſi intra.z hoc prout loquimur de renunciatione per ſe conſiderata abſq3 iuramēto.Et aduertendum,qđ ſi dicta conſtitutio bene aduertatur,non ſolum dat ſolennitatem in modū contrahendi cum minoribus:ſed etiam prohibet alios contrahere cum minoribus,abſq3 illa ſolennitate,z impoit certam penam,mādans eos puniri,z ſic prohibet eos,ne contrahant cum talibus perſonis.l.ij.reſpō.de his qui pro non ſcript.alle ergo,qui contrahit cum minore conſtitutione prohibēte,peccat mortaliter,quia qui nō obedit ¶Principi, morte moriatur,vt extra de maio.z obe.c.ij.vnde iuramētuz hic fuit interpoſitum ſub obſeruatione peccati:ergo nō eſt obligato-

c rium.ecap.non eſt obligatorium.de reg.iu.in vj.z C.de nupt.

5 aut.quod ipſis.z ſi.†Preterea,per iuramētum minor poteſt renunciare iuri ſuo,non autem ꝓpter iuramentum minoris talis prohibitio facta ad alterius perſonam extendi:quia nō poteſt porrigere vires ſuas vltra ipſum iurātem.l.ij.ff.de iureiur.z extra de iureiu.c.veniens.z c.Quintauallis.¶Pro hoc faciunt no.ff.de reg.iu.in l.inuitus.§.ſi.in gl.¶Nam pōt cogi quis dare, alius autem non poteſt recipere.Unde iuramentū facit,ꝙ minor poſſit dare nō tamē facit ꝙ contrahens cum minore poſſit recipere,quia prohibitus per conſtitutiones venit puniendus merito ergo dicitur,ꝙ cōſtitutio dicit,z dicere poteſt, cū ſic nō valeat,z ſic fuerit vinculo iuramenti firmatus,z quia lex non adſtrit contractui minoris:ideo iuramento minoris confirmatur Nō autē inuenitur,ꝙ ſit facta prohibitio alterius,quod ex cauſa minor non contrahat,ſed per cōſtitutionē eſt facta talis prohibitio,ergo, ꝛc.Ex quibus concluditur,ꝙ predicti reconuēti veniunt abſoluendi.

ADDITIONES.

a Th. ℂ Inter Franciſcum. Vide iſto conſi.Bald.Alexand.in conſil.cxxvij.in quarto vol.in c.viſa in queſt.vbi aleg.Bart.in iſto conſil.vbi videas.

b ℂ Ignorāſſe.Vide omnino Ang.conſi.xciij.

c Obligatorium.Addite,inquantum Bart.loquitur de minore iurante ſuper contractu prohibito, ¶Paul.de Caſt.conſi.cxl. z Ang.conſi.clxiij.in cip.dom.Catharina. z vide infr. conſi. ſeq.

CONSIL. LXXXIX.

Super ſupradicto puncto an dict⁹ Titius admittatur ad totam hereditatē inſolidū, an vero admittatur vna cum meliorātione ab inteſtato,z videtur quod pro parte. ꝛc. hunc punctum cum conſil.ix.z j.conſil.clxxxij.z cxciij. Bar.

CONSIL. XC.

1 ☞ Minor iurans in contractu non poteſt venire contra iura mētū ex eo quod neſciebat ſibi cōpetere reſtitutionē in integrū.

2 L.ij.C.de reſcin.ven.an habeat locum in renunciatione.

3 L.per diuerſas.z l.ab Anaſtaſio.C.man. quomodo intelligāt.

4 Iuri ſuccedendi ab inteſtato quod quis ignorat ſibi cōpetere non videtur renuntiari.

5 Clauſula generalis in refutationibus,quomodo dz intelligi.

6 Mulier que iurauit in refutatione non contrauenire, in quibus cauſis poteſt contrauenire.

7 Verba enunciatiua dubitatiue prolata diſponunt.

8 Verbum,dicitur,continet dubitationem.

9 Iuramentum non extenditur vbi eſt erratum.

10 Cōtractu in omni,z iuramēto,intelligit ſi vera ſunt q̄ narrant.

11 Error quomodo probetur.

12 ¶Negatiua quomodo probetur.

Uendens

13 Vendēs alicui tanquam creditori, debet ille probare se credito rem.
14 Heres tenetur legatario ostendere testamentum.
15 Dolo futuro renunciari non potest.

a **Q**Uecto domino ª Frā. de Suana, puctus gñaliter proponēdus talis est. Quidā Pe. Matthei de vrbe veteri, vt dr, fecit testm, qō testm nō reperit, z dotauit do. Letitiā eius filiā in ccc. florenis, z Buciū suū filū sibi heredē instituit: deinde mortuus est Bucius, supstite domina Andrea eius matre, z d. do. Letitia eius sorore carnali, demum mortua est dicta do. Andrea, suo testamēto cōdito, cuius copiā vobis transmitto, z dotauit filiā suā, z instituit sibi hr̄dē Joānē suum agnatum: demum mortuus est dictus Joan. supstite Matheo filio dicti Jo. z eius hr̄de, post hoc dictus Mattheo lus maritauit dictā Letitiā eius sororē consobrinā, z sibi dedit de flo. in dote, z dicta do. renūciauit omni iuri hr̄ditatis, tā materne, q̄ paterne, fletiā fraterne, z iurauit, ꝛc, vt ps in instrumē to renūciationis, cuius copiā vobis etiā trāsmitto, z etiā renunciauit, z iurauit i testamēto dicte do. Andree sue matris. d. do. Letitia. Modo dicta dña Letitia exists intra etatē, xxv. ann, non cōtenta de dicta sua dote asserēs se deceptā, vult retractare omnia ista z petere hr̄ditatē tam paternā, q̄ maternam, quam etiam fraternā, z vt asserit, intendit vti altero de duobus remedijs: vno, vel implorare bñficium restitutionis in integrū, asserēs se minorem deceptam, z lesam, z si ista via esset sibi precluse, obstante iuramēto, vtrum alia possit vti, scz, q̄ dicta cessio iurū non valeat: tum, q̄ decepta vltra dimidiam iusti pretij ante dicr: secundo, q̄ dicta iura cessa valēt plusquam fuerit pretiū sex cētorum florenorum: merito presumit cessio simulata, hec sunt que videtur mouere dictā dominam Letitiā ad retractandum predicta. Pro parte aduersa dicit primo, quod non pōt petere restitutionē in integrū post iuramētum corporaliter prestitus, tam in renunciatione sua, quam in testamēto dicte sue matris, vt euidēter apparet. Itē non obstat, quod iura valeant vltra dimidiā iusti pretij, vel iura cessa vltra pretiū interuētum, qm̄ ista fuit simplex renūciatio, non iurū venditio. Per istam ergo renunciationē, hr̄ditas supra dictorum deuenit in d. Mattheum successorē, tāquam ad proximiorem. Postulatur nunc cōsiliū.

b Cūsis testamētis, z renunciatione facta p dictam do. Letitiā, vtrū d. do. Letitia possit effectualiter molestare dictū Matheū filium, z hr̄dem Joā. Matthei sui patris, z si pōt, pro qua parte pōt, z de remedijs opportunis. In nomine domini amen. Viso d. puncto testamēti z instrumento refutationis, videt discēdum, primo ad illud, q̄ queritur, an do. Letitia possit petere restitutionē in integrum. Et videtur quod non, propter iuramē
1 tum. † C. si aduers. ven. aut hē. sacramenta puberum. In contrarium reperitur, q̄ consuluit dominus Dyn. Nam cum minor
c ignoret beneficium restitutionis sibi competere, non potest videri sibi renunciare, z iuramentum ad illud non extenditur, cuius consilium refert Dyn. C. de rescind. vend. l. ij. Ego autē istud non consulerē. Nam cum iuratum sit super facto, scz non venire contra facta, z promissa in presenti cōtractu, videt iuratū super omni iure, per q̄s pōt contra dictū contractum venire, nec
d est necesse, quod iuris remedia specialiter exprimantur: aut ff. de iureiu. l. si duo. §. idē Julianus. z l. duobus. §. a fideiussore, z §. ex
2 ceptio, z §. colonus. † Sup secūdo quo queritur, an dicta domina Letitia posset venire contra, quasi decepta vltra dimidiam
e iusti pretij, dicendum est q̄ non, fuit enim simplex renunciatio, non est venditio, nec aliquis contractus respectiuus, hoc est, q̄ respectu alicuius dati, vel recepti, talis remissio facta fuerit, sed ex mera liberalitate, z sic non habet locum l. ij. C. de rescin. ven. l. maioribus. C. communia vtri. iudic. nisi forte proponeretur, q̄ intentio remittentis erat remittere modicum, z remisit multo quam plus volebat, q̄ in presenti questione non cadit, secundū ea, que. j. dicā. Super tertio, an dicta mulier posset se iuuare
f eo, quia iura cessa valeant plus quam sexcentos florē. z sic
3 fingitur simulata. † Rñ. q̄ non, nam l. ab Anastasio, z l. per diuersas. C. mand. habēt locum in his, quibus iura cedūt pro tutione rerum quas possident ipsi quibus ceduntur: sed pro tutione rerum quas tradūt ipsi qui cedūt, non habēt locū dicte leges, vt expresse dicitur in d. l. ab Anastasio, sed ita fuit in proposito: ergo, ꝛc. Sup quarto quo queritur, de remedijs opportunis, dico q̄ si vera sunt, que proponūt, scz, q̄ testamentum Petri Matthei non reperiatur, nec alio legitimo modo probatur, remedium est apertum, scilicet, q̄ dicta domi. Letitia, tanquam heres ab intestato fratris sui petat hr̄ditatem eius, vel totam, vel partē dimidiam, vt j. dicam. Nam cum totum dictum testm sit factum, tanquā Bucius frater eius habuerit heredē
g domi. Andream eius matrē, ex vigore substitutionis sibi facte in testamento paterno: ex quo apparet q̄ dicta do. Letitia iuri succedēdi ab intestato, q̄s ius ignorabat sibi competere, renunciasse non videtur, vt ff. de inoff. testa. l. mater, z de pet. hē. l. legiti
4 mā, vbi est expressum, z hoc erit remediū clarū. † Tamē circa hoc possunt insurgere in processu cause multa dubia, que si occurrant, singulariter declarabo. Primo enim dubitatur, quia in refutatione predicta domina renūciauit nōie, z occasione ccc. flo. sibi relictorū in dicto testamēto, z ratione debite portionis iure nature, seu Trebellianice, z Falcidie, que sibi cōpetere posset in dictis hr̄ditatibus, vel qualibet earū, vel qualibet alia ra
5 tione, vel cā vsq; in presentem diem. † Ad hoc respōdeō, q̄ dicta clausula debet referri ad omne ius sibi competēs existentibus testamētis predictis. De eo aūt iure, q̄s sibi competeret ex alia
f cā, non videt actū: ter. est C. de trās. l. si de certa. z ff. de so. l. si ex pluribus. Et idē tr Bul. ff. de pac. l. emptor. §. si. p. l. quesitū. §. j. de leg. iij. z l. Aurelius. §. Stichus. ff. de li. leg. Quod tr etiā Ly. C. de transl. sub pretextu, vbi dicitur q̄ in dubio statur generalibus verbis, nisi aliud appareat, q̄ vt dicti doc. dicunt, satis apparet aliud, si sunt expressi aliqui casus singulares, siue speciales: ad quos predicta clausula generalis non pōt referri, sed ad alios restringat. Hoc etiā tenui ego in d. l. si ex plurib⁹. ff. de solutio. Hoc premisso teneo in casu presenti, in quo si quis vellet intelligere q̄ ius succedēdi ab intestato, videt remissum: sequere tur, q̄ ipsi contrahētes essent sibi contrarij. Ponerēt em̄ fratrē dicte domine Letitie testatum, ex quo dicūt sibi substitutionē3 factam in testamēto paterno: intestatum vero, si diceretur testamētum factum non fuisse, quod ius nostrum non patit. Preterea sequeret quod dicta domina remisisset ius q̄s sibi ignorabat competere contra iura predicta, z contra l. cū Aquiliana. ff. de
6 transactio. † Secūdo insurgit dubiū, quod dicta domina Letitia in dicto instrumento iurauit per hec verba, scz. pro predictis omnibus, z singulis firmiter obseruandis, ad sancta Dei Euangelia, corporaliter tactis scripturis, predicta oia z singula rata habere, z tenere, z non contrafacere, vel venire de iure, vel de facto ratiōe etatis, vel qualibet alia ratione, vel causa, ꝛc. Ex quibus verbis posset opponi dicte domine Letitie primo, q̄ venit contra iuramentū, veniendo contra dictam refutationem. Ad q̄s rñde, q̄ dicta refutatio se non extēdit, nisi ad casus q̄ dicta testamēta existant, non quo ad casum quo dictus eius frater decesserit intestatus, vt s. dictū est: ergo petēdo ab intestato non venit contra iuramētum, nec contra refutationē3, vt dictū est. Hoc idē videtur velle predicta verba. Nam in princi
5 pio dicte refutationis fuit narratum, dictam refutationē3 fuisse factam per hec verba scz, cum hoc sit quod Petrus Matthei decesserit condito testamēto, in quo iter alia que disponit, z legauit domine Letitie sue filie trecentos florenos, z suū heredem instituit vniuersalem Buciū eius filium legitimū, z naturalem, z si contigerit dictum eius filium decedere sine filijs legitimis, dominam Andreā eius matrē3, z matrē dicte domine Letitie eidē Bucio eius filio substituit, seu eam eo casu heredē instituit, vt in testamēto eius plene dicitur apparere, ꝛc. † Et si dicetur, quod dicta domina veniat cōtra verba narrata, z enūciatiue prolata, z dicta in dicto instrumento, que verba enunciatiue n prolata videtur fidē facere inter ipsos contrahentes. C. de contrah. z committē. stipula. l. optimā. z sic videtur quod propter iuramentū non posset contra dicta verba enunciatiua veniri, vt C. de probation. authētica, quod obtinet. z l. rationes. z quod ibi notat. Rñdetur primo, quod si dicta verba recte inspiantur, dicti contrahētes hoc non fuerunt confessi, sed dubitatiue posuerunt dicēdo, vt dicitur apparere, que verba ostēdunt
8 proferētes ad hoc dubitare, hoc enim verbum, † dicitur, dubitationem continet, nisi probetur, vt ff. de dolo. l. j. z ibi notatur in glo. super verb. dicent ur. z in l. j. ff. si qua. pau. fec. dic. in principio, sup verb. dicatur. z ibi no. ff. de incen. rui. nau. l. ij. in principio, z ibi no. Cū ergo posuerunt hoc sub dubitatione non videntur hoc asserere: cum dubius, inscius, aut nescius, siue ignorans equiparētur: vt C. de condic. inde. l. fi. z l. scimus. §. finaūtē dubius. C. de iure delibe. Secundo modo respondeo sic, si dicta verba diligenter aduertantur, dicta domina Letitia iurauit q̄ predictis omnibus obseruandis, ꝛc. causa ergo quare iurauit, fuit pro obseruatione predictorum, quo premisso aduertēdum est, quod in dicto instrumento quedam continentur dispositiue: quia dicta domina fecit finem, refutationē3, z cessionem, z similia. Sed ex predictis seu obseruatione predictorum, dictum iuramentum videtur interpositum. Item in dicto instrumento continentur quedam enunciatiue, de his que gesta fuerūt tunc tēpore contractus: q̄ fuit confessa habuisse, z recepisse, ꝛc. z tūc idem: quia cum fuerint gesta a se ipsa, iuramentum videtur interpositum pro obseruatione eius, z ita loquitur auth. sacramē

ta puberum, sc3, super contractibus rerū suarum nō retractā-
dis, ꝛc. Quedā alia verba in dicto instrumēto continentur eiū
ciatiua de preterito, de his que gesta sunt p alios: vel de his q̄
tempore celebrati cōtractus geri nō potuerūt: vt in casu propo
sito, cum dicatur dictum Bucium aliud fecisse testiū, ꝛc. ꝛ ad il
lud verba iuramenti non possunt referri. Ratio, q2 dictum limi
atur per causam, ꝛ rationem. l. hec actio. ff. de calum, ꝛ ff. de his
que in testa. delen. l. cancellauerat. ꝛ ff. de leg. ij. l. cū pater. §. oul
cissimi. Sed causa iuramenti, fuit p2o obseruatione predictorū,
vt dictum est, sed in eo quod est preteritum, ꝛ iam finitum nō ca
dit obseruatio, maxime cum ex facto p2oferentium non depen
deant. Aliter ergo debuissent concipi verba iuramēti. Si quis
autem dicere vellet, quod ad predicta referuntur, sc3, quod iu
raret ea, que narrata sunt vera esse, ꝛ tunc habet locum auth. q̄
obtinet, ꝛ l. rationes. C. de p2ob. ꝛ ff. de lega. iij. l. cum quis. §. co
dicillis. ¶ Preterea, posito q̄ generalitas verborum illum casu3
comp2ehēderet, tū q2 dicta cessio facta fuit per error̄, iurm ad
9 hoc nō extendit. † Hā iuramētū nō extēdit vltra id, q̄ consen-
tit iurās, vt C. de non nu. pec. l. fi. ꝛ ff. ad muni. l. fi. p2o quo facit
quod dicunt Canonistę, q̄ iuramentum debet habere tres co
mites, veritatem, ꝛ iudicium, atque iustitiam, vt xxij. q. iij. can.
animaduertēdum, ꝛ quod notatur C. de nup. auth. quod eis. sc3
ibi narrātis nō est veritas, neq3 iudiciū, hoc est, consensus: q2 ni
hil est tam contrarium consensui q̄ error, vt ff. de iurisd. om. iud.
l. si per error̄em. Ergo ad predicta erronee inserta, nō videt re
ferri iuramentum. Ad predicta facit, extra de iureiur. c. veniēs,
ꝛ cap. Sumtaualtis, vbi iuramentum non refertur ad ea de qui
bus quis verisimiliter non cogitat. ¶ Preterea, iuramētum inter
1 positum a minor̄e facit hoc, vt contrahens videat maior, vt in
10 d. authē. sacramenta, ꝛ ibi no. C. si aduer. vendi. † Sed posito, q̄s
quius maior. Imperator, vel ¶ Papa fecisset contractum refu
rationis, ipse contractus intelligitur si vera sunt que narrant,
vt C. de diuer. rescrip. l. fi. vbi intelligitur clausula, si preces ve
ritate nitantur, ꝛ c. si ¶ Papa, de priuilegi. lib. vj. vbi. si ¶ Papa e
nunciatiue p2opter aliud dicat aliquam eccleſiam esse exemptā,
vel similia verba, non p2opter hoc p2obatur sic esse: sec9 si hoc
principaliter diceret p2opter se. Sed in p2oposita questione, si
verba enunciātiua, sc3, quod talis fecerit testamentum, fuerunt
11 emissa p2opter aliud, non inducunt dispositionem. ¶ † Tertio
insurgit dubium, posito quod dicta dom.na admittatur ad di
cendum dictam refutationem factam fuisse per error̄em, quomo
do poterit ipsa p2obare dictum error̄em, ꝛ hoc dubium fortifi
catur, quia vbi minor allegat se errasse, requiritur ad p2obanda
dum error̄em, vt in casu p2opositō, quando qui certat de dāno
vitando, oportet quod p2obet rem aliter se habere, vt no. ff. de
inter. act. l. de etate. §. qui iusto. ꝛ ff. de p2ob. l. cum de indebito. in
versic. ignorantie. ꝛ iuribus ibi alleg. ¶ Preterea in casu propo
sito quando dicitur testamentum non sic esse factū, videtur ex
pressum in iure quod debeat p2obari per ostēsionem testamēti,
vel per testes, vt C. de reb. cred. l. fin. sed si testamentum non re
peritur, vt p2oponitur, nec testes, dicta p2obatio erit impossibi
lis. Ad declarationem predictor̄um sciendū est, quod ad eum,
qui se heredem testatoris dicit, pertinet habere testamentum,
quoniam non potest quis esse heres, nisi sit certus de testamen
to, ꝛ ideo dicit lex, quod nō est danda heredi copia legati a lega
tario, q̄n ipse heres debet habere testamentum. sed legatarius
bene potest habere copiam ab ipso herede, text. est, ꝛ gloss. ff. de
12 eden. l. ij. † Item sciendum est, quod testamentus non extare, vel
factum non fuisse, est mere negatiua, que non p2obatur vere, vt
C. de p2oba. l. actor, sed p2obato, quod adhibita, ꝛ facta diligē
ti inquisitione, si res non reperitur, lex habet p2o p2obato rem
non esse. vt ff. de acquirē. possess. l. iij. §. j. ff. de verborum obliga
tionib. l. hoc iure. vbi hec negatiua, scilicet, quem non venisse in
Italiam, p2obatur per exp2lozatores. ¶ Hoc etiam p2obatur per
iura que dicunt p2obari quē non esse soluendo, p2obatur p exe
cutionem, quia nunciꝰ ad hoc destinati non reperirent tantum
quod sufficit, vt p2obatur omnibus legibus, que de discussione
loquuntur, vt C. de pign. actio. l. hoc si debitor. ꝛ de fideiuss. au
thē. presente. Ad idem ff. de reb. eor. l. magis puto. §. ne passim. ꝛ
ff. de lega. ij. l. cum quidā. §. fi. ꝛ l. sequen. Ex predictis descendo
ad p2opositum, ꝛ dico, quod si do. Letitia requisierit, ꝛ appella
uerit dictum heredem cui refutationem fecit, vt ei testamētum
ostendat, in quo sit instituta, sicut asseritur, si per dictum here
dem non ostenditur, vel quod casu fortuito perierit, non ostē
ditur, ꝛ docetur, satis est facta diligens inquisitio, q̄s predictū
k testamentum non reperiatur. k Ipse eīm heres debet edere dic
tum testamentum si reperiatur, vt d. l. ij. ff. de eden. nisi casum
13 probet. l. si quis ex argentariis. §. fina. eodem titulo. † Pro hoc
videtur expressum. C. cred. eui. pign. non debere. l. j. ver. quia, ꝛc.
vbi ille, qui vendidit alicui tanquam debitor, ꝛ si inter partes

fuit assertum q̄s erat debitor, ꝛ creditor, tamen tenetur docere
l esse se creditorem[l], ꝛ si non doceret, habetur perinde ac si non es
set creditor, vt ibi patet. ¶ Preterea hic p2esumitur error, eo q̄s
aduersario, sic asserenti creditur, vt ff. q̄n actio de pecul. est an. l.
j. §. quesitū. qui §. alias est l. ij. co. ti. ꝛ ibi gl. circa finē, vel hic er
rauit, eo quod aduersario credidit, ꝛ p2obat ff. q̄s cum eo. l. sed
ꝛ si. §. fi. ꝛ ff. de ven. inspi. l. ij. §. ceterū. ꝛ ibi gl. in ver. illustrat, de
bet ergo iste ostendere se heredem esse, alias p2obatū est, ipsum
14 non esse. † Ad solutionē ergo eorum, que supra allegata sunt, in
primis, dicēdum est quod quādo heres asserit non esse legatum,
ad fundandam suam intentionem, tunc ipse debet p2obare per
ostensionem testamēti in quo non reperiatur, ꝛ hic est casus in
d. l. fi. C. de reb. cred. Sed hic casus non pertinet ad nostrā que
stionem. Nam legatarius asserit sibi legatū, ꝛ heres negat: tunc
idem, q2 heres tenetur ostendere, vt ff. vt lega. no. caue. l. posiq̄.
§. si dies. Quando q3 heres hoc asserit, ꝛ legatarius de hoc incer
tus debet certificari, tunc heres debet sibi edere: vt ff. de eden.
l. ij. ꝛ si heres non ostenderet, vel de casu nō doceret, perinde ha
15 betur, ac si testamentum non esset, vt s. ostensum est. ¶ † Quarto
insurgit dubium, quod dicta domina renūciauit exceptioni do
li in factum, ꝛ fine causa. Ad quod rñdetur, quod dicte renun
ciationes processerunt omnes eodem errore quo supra, ꝛ ideo
sicut ipsa refutatio vitiatur, ipsa renūciatio. l. doli clausula. ver.
sicut diuersum. ff. de noua. ¶ Preterea quis non potest renuncia
re dolo futuro, vt ff. de pact. l. si vnus. §. illud, sed tūc cum heres
dicta refutatione vtitur, dolo facit, ꝛ sic potest repelli, nec huic
dolo videtur renunciatum. Bar.

ADDITIONES.

a Th. D. ¶ Dilecto domino. Alias incipit, quidā ¶ Petr. Mat
thei, ꝛ ita incipit in quadragesimo sexto consi. in tertia parte de vl
timis voluntatibus secundum ordinem ¶ Perusinum.

b B. L. ¶ Renunciatione. Difficultas huius consultationis re
sidet in duobus dubijs. ¶ Primum, an per generalem renūciatio
nem iuramento vallatam ꝛ per promissionem factam de non ve
niendo cōtra, ratione minoris etatis, vel qua alia ratione ꝛ cau
sa dicta do. Letitia sit destituta ab omni remedio. Secundum
dubium est, posito quod sit destituta vigore iuramenti, an iura
mentum extendatur ad incognita ꝛ iurata p errorē. Circa pri
mum dicitur secundum Doct. communiter q̄ per illam genera
lem renunciationem dict. dom. Letitia sit exclusa, vt voluit Jo.
de Imol. in l. sciendum. ff. de verb. oblig. vbi dicit, quod ita co.m
muniter obseruatum est in c. cum contingat. de iureiu. in tertio
memb. p2inc. ꝛ dicit hanc esse opinionem Joan. And. ꝛ Archi.
in cap. ij. de pact. in vj. idem voluit Bald. in l. ij. versic. nono que
ro. ff. de resc. vend. dum vult, quod iuramentum faciat eū maio
rem. ꝛ in l. j. in fi. ad Velleian. Et in l. j. in fi. C. de reb. credit. circa
in integrum restitutionem dicit, q̄ si apparet renunciatio resti
tutionis in integrus cum iuramento, non requiritur alia certio
ratio, ita dicit consuluisse collegium nostrum ¶ Sedi. olanense,
p2o quo videtur textus in cap. ex rescripto. de iurem. quem etiā
sequitur Imo. in cap. cum causam de empt. ꝛ venditione. ꝛ An
gel. in d. l. sciendus. ꝛ in l. iure militari. ff. de milit. testam. Contra
riam tamen opinionem Dy. tenuit Salic. in d. auth. sacramēta
puberum. ꝛ Ly. in d. l. ij. Bal. in l. si duo patroni. j. §. Julianus. ff.
de iureiur. Anto. But. ꝛ Car. in cap. penult. extr. de emp. ꝛ vēd.
p2o hac opinione facit gl. in l. j. C. si de moment. possess. vbi licet
minor quo ad iudicius possessorium habeatur p2o maior, tamē
si leditur restituitur. ergo licet iuramentum faciat quę maiorē
tamen per hoc non tollitur beneficium in integrus restitutionis
Non obstat nunc cap. ex rescripto. quia ibi mulier nō opposuit
Ad auth. sacramenta puberum. respondet Alex. de Imo. q̄ illa
habet locū quando interuenit certior̄atio. His tamē non obsta
tibus opinio domini consulentis est verior: p2o qua etiam cōsu
luit ¶ Paul. de Castr. consi. cxlj. ꝛ ccxvij. Ang. consil. cl. incip. testa
tor quidam. Alex. de Imo. consi. ccxj. Nō obstant solutiones da
te, quia sunt diminutiue, vt dicit ¶ Anor. in d. c. ex rescripto. q̄
imo mulier erat obligata vigore iuramenti. Similiter ad auth.
sacramenta. quia si Imperator voluisset certior̄ationem, expres
sisset. Non obstat gl. in d. l. vnic. C. si de moment. possessio. de qua
Alex. facit magnum festus in d. l. sciendus. quia iudicio meo po
test responderi, quod lōga est differentia inter casum illū ꝛ istū,
nam regulariter iudicium redditur in integrum. l. inter stipulan
tem. ff. de verb. obli. ideo nimirum si restituit. non sic est in iura
mento, quia cēsetur volūtariū, ex quo nullus cogitur emere nec
vendere: nec iuramentus vi extortum tenet, vt in iuribus s[illegible]pra
alleg. ¶ Preterea iuramētum obligat animā Deo, que cūcti[illegible] est
p2eponenda. iudiciū possessorii obligat bona tēporalia, q̄ sunt
minoris pretiū, nimirum si facilius datur restitutio. ꝛ sic pu
to remanere firmam opinionem Bar. Circa secundū q̄ iuramen-

tum non

tum non trahitur ad incognita,nec ad iurata per errorez,tenet pau.de ca.consi.lxx.z consi.cccl.vbi dicit.q nec ad superflua trahitur,alle.casum optimum in l.fi.C.plus valere qs agitur.z in l.ij.C.de reb.alie.non alie.An autem d.do.Letitia potuisset pere absolui a iuramento,concluditur qs non,qz d.auth.dicit inuiolabiliter obseruari,qs non fieret,si relaxaretur.pe.de anc. consi.ccxvij.vbi dicit,q nec pater pot absoluere in casu d.auth. qz laico est ius quesitum.credo tñ, q in casu presenti potuisset absolui:qz fuit dolo inducta ad renunciandum testamento,qs non erat,nec ostendebatur.Addite predictis consi.Federi.xcj.

c Th.D.CIgnorez.Vide plene per do.philip.Dec.in cõsi.cc rrrij.incipiẽs dura admodum.vbi ponit plures concord.

d B.L.CExprimantur.Bal.consi.iij.z xlvij.lib.iij.z Feder.in omnibus consi.tenent opinionem Dy.z Jo.an.in additionib. ad Spe.tit.de renun.§.j.ver.si quid.

e CJuiti pretij.Vide pau.de ca.consi.cxlviij.pet.de anch.consil. rrrviij.

f CActum.Vide late Ro.consi.clxviij.z Ang.consi.cccj.

g Th.D.CRefutationem.Adde Bar.in l.sciendum.ff.de ver. obli.vbi facit mentionẽ de consilio suo,vbi vide concordantias.

h CEnunciative.Vide Bar.in l.ex hac scriptura.z ibi Alexã. in addi.ff.de proba.

i CAminoze.Vide Bar.in consi.cj.incipiẽs. Berardus.z ibi scripsi,z que posui in auth.sacramenta puber.C.si aduer.vẽ.z ibi plene per Dominum z precep.meum dñm pet.ſPhil.Corneum.

k CNon reperiatur.Vide plene per Alexãdr.de imo.in l.in illa. ff.de verbo.oblig.in vlt.colum.z ibi vide apost.meam.

l CCreditorem.No.quod dicit Bar.hic,quod ille,qui vendidit aliquam rem alicui tanquam creditor,debet probare se credito rem illius.

CONSIL. XCI.

Ter finalis. C.de edic.diui adr.tol.non habet locum in fideicommissario,scilicet, qñ ponatur in possessio.omnium bonorum defuncti,z decretum desuper positum est ipso iure nullum:nec est necesse quod a parte petatur pronunciari nullum,z qui intrat possess.authoritate talis sententie nulle,incidit in penam l.memineriunt.C.vn de vi.vnde tunc non sufficit proclama generale,vbi aliquis expresse esset citandus.Item,quid requiritur ad hoc quod quis excusetur a dolo propter iniustam sententiam : vel iniustum titulum.

1 CBeneficium.l.fi.C.de edicto diui Adriani tollendo competit heredi scripto directo,non autem fideicommissario.

2 Possessio accepta vigore l.fi.C.de edic.diui Adr.tollend.per fideicommissarium est ipso iure nulla.

3 Iniustitatem possessionis ipso iure nulle,petere non est necesse.

4 Decretum z licentia nulla an excuset a pena in causa criminali.

5 Citatio specialis necessaria non sufficit proclama generale.

6 Licentia iniusta an excuset a dolo z culpa.

7 Excusetur vt quis propter iniustum titulum,debet statim desistere,cogitto de iniustitia tituli.

a **In nomine** Domini[a],amen.In questione vertente in curia capitanei ciuitatis Parme,inter A.ex vna parte accusatorem,z Pet.ex altera accusatũ.Cuius omnibus z singulis actis,z productis in causa statutis,iuribus,z allegationib[9] vtriusq[3] partis.Pro examinatione,z inuestigatione veritatis predicte questionis,z vt examinentur ea que sunt per partes prudentissime alle.CPrimo videndũ est,an dicto pet.competat bñficium l.fi.

1 C.de edic.di.adr.tol.†Ad qs rñdendum est,quod non.Nam beneficium dicte legis competit heredi scripto instituto, vel subb fruto directo,non aũt per substitutionem fideicommissariaz,[b] vt notatur in eadẽ l.fi.in scẽa gl.Et reprobatur per rõnem hic, fideicommissarius vniuersalis nullum habet ius in bonis nisi restitutione facta re,z verbo.l.restituta.z l.facta.ff.ad Tre.merito non pot petere se immitti in possess.authoritate predicte legis:qz hoc debet recipere de manu alterius.Sed in proposito, substitutio facta de dicto petro,dicto Matthęo,non fuit vulgaris directa,quod apparet,quia in actis prime cause fuit oppositum,z confessatum ab vtraque parte,quod dictus Matheus fuit heres magistri Joannis testatoris,z hic vulgaris substitutio non potest habere locum: quia expirauit adita hereditate.l.post aditam.C.de impu.z al.substitutio. Itẽ,nec pupillaris directa,quia in actis est positum,quod dictus Matheus decessit maior quinquaginta annis.Restat ergo,qõ dictus petr.non possit venire nisi ex vigore illius substitutionis vulgaris,comprehense in illa compendiosa facta in testamẽto: amplius ergo disputare,vtrum intentanti bñficiuz dicte legis,

2 sit necesse facere citari partes,vel nõ,manifeste expedit.C†Secũdo est videndum.posito vt dictum est,q dictum beneficiuz sibi non competat.an licẽtia concessa dicto ſPetro sit ipso iure nulla.cum in ea non sit expressius error. Ad quod respondendũ est, cũ nulla distinctio adhibeat,imo indistincte siue fuerit actor,siue reꝰ,q tale decretum posit.z siue legitime obtinuit,siue sine iustitia,decretum est ipso iure nullum.l.cum vero.§.subuentum.z §.sequẽ.ff.de fideicommissa.liber.z l.j.§.hec verba.ff.ne vis fiat

3 ei.C†Tertio est videndum.posito quod dictum decretum,z licentia de iure sit nulla,prout de iure est,an sit necesse qõd a parte nulla dicatur,z iudicium nullitatis intentetur:Et certũ est, quod non.Cum enim ipsa lex hoc faciat,non est necesse qõ hoc petatur a iudice.l.que sub conditione.§.fina.ff.de cond.institu. Nec ob.l.filio preterito.ff.de iniust.test.quia nec ibi est necesse q testamentum principaliter dicatur nullum:sed sufficeret si ageret petitione hered.z alio opponente de testamento,incidenter quereretur de nullitate.casus est expressus C.de ordin.iud.l.j.z ita factum est in proposito,q tam in prima causa,quando petita fuit ista missio,quam etiam in illa vbi accusatur de turbata possessio.tacite incidenter dicitur ipsa pronunciatio nulla.Et hoc etiam est expressum in isto iudicio,in exceptionibus seu re-

4 plicationibus dicti accusatoris.C†Quarto videndum est, posito quod dictum decretum,z dicta licentia sit nulla,an tñ eius vigore excusetur a pena criminali,in qua petitum est condemnari in presenti iudicio.qs quidã dicunt.per l.igitur.§.ij.de li. can.z l.j.in fi.de arb.Pro hoc vide gl.in l.memineriunt.C.vñ vi. CIn ꝟitũ est veritas in presenti queſt.Nã.d.l.meminerunt.statuit,q qui vult authoritate alicuius sue ingredi poss.alicuius rei,dz diligẽter pquirere qs sit possessor,z ea facere citari:si neglexerit punitur,vt ibi patet.Ista ergo negligẽtia in nõ inuestigãdo possessorẽ,z in non inquirẽdo eũ,est punienda,vt ibi patet.Si dicatur,non tractat de puniendo eũ condictione ex d.l. meminerunt.Sz dico p illam legẽ,q in ipso ingressu non obstet delictum,nec excusatur authoritate sententie.Et si dicatur,illa lex loquit in pena ciuili,hic tractat de criminali,respondeo vt j.

5 C†Quinto est videndum,vtrũ per ingressum dicti ſPe.dictus A.possessione dicte rei quã possidebat primatus sit:Rñ. casus est C.cõ.vel epi.Iudex.z C.ii p viz vel alio modo.l.fi.vbi hoc est expressum.Non ob.si dicatur qõd ille petr.fuerit citatus,pclamate generali:qz hoc non sufficit,debent eũ specialiter citari,z

c nominatim illi,quos negotium principaliter,tangit[c].l.j.§.pen. de vent.inspi.Et si dicatur,quod ipse petrus possessorem ignorabat.Respondeo,quod presumptio est cõtra euz.quod sciret. qz in actis prime cause positum est,z confessatum,quod publica vox,z fama est,quod dictus A.possidebat:tamẽ gl.ibi dicit, q ei fuit denunciatum,z dictum:vnde non videtur sufficere publica fama,vt C de peri.tu.l.si tutor.ibi dum gl.dicit,vel publi

6 ce sciebat.facit l.regula.§.sed facti.ff.de iur.z fac.igno.†Preter ea,est ei imputandũ q debuit requirere possessorẽ,vt d.l.meminerunt.Hec est dicendũ,q dicta licentia licet iniusta excusет eũ

d a pena ad criminali,qz hoc forte excusaret a delicto,qõ requirit dolum:non tamen excusatur,quin propter culpam criminaliter puniat.casus est ff.vi bon.rap.l.ij.§.hac actione.Sed statutum istud,qõ loquit de eo qui turbauit aliquem in poſ.non requirit dolũ,ergo,ꝛc.Preterea,condescẽdẽdo dictis advocatorũ.posito q iste pet.non venret puniendus,nisi propter dolũ,ostendo

7 ipsum turbatorem poſ.dolosum.†Nam ad hoc,vt quis per iniu-
e stum titulum excusetur,oportet statim cũ ipse cognoscit e iniustitiã tituli,z cause sue,eum desistere.ff.de adul.l.fi.adulteriũ.§. idem pollioni.Sed in proposito,non potest negari quin dictus petrus cognouerit iniustitiam sue sententie,saltem ea die,qua confessus est,dictum A.possidere.q fuit die.xiij. Januarij.omnis ergo ingressus in dictam poſ.post dictam xiij.diem Januarij fuit turbare dictũ Ãnum in sua possessione,z dolose turbare:nunquã ergo perdidit Ãnus dictam poſ.vt d.l.fi.C.si p vim,vel alio modo,non enim probatur quod expulsus,vel suspicatus fuerit se repellere:ergo poſ.quã ante habuit,adhuc retinet. Et q dictus Ãnus turbauit eum post dictam diem xiij. Januarij,apparet q dictus petrus cõfessus est a die primi ingressus possedisse,z adhuc se dicit possidere. Concludo ergo dicendum esse,pates dicti Capitanei z sue curie debere esse tales,z dictum ſPetrum condẽnandum esse,secundum formam dicte accusationis,vna pena tñ:qz amborum mensium accusatione cõtentorum.vna est accusatio,est enim vnus actus continuatus: vel,vt dictum est,secundũ aliam opi.venit condemnandus tñ de eo qõ factum est de mense Januarij post dictam xiij.diem z sic pro vna turbatione tantum.Et predictis apparet responsum ad omnia in contrarium allegata. Bar.

ADDITIONES.

a Th.D. ¶ In nomine dñi, alias inci. in q. vertēte in curia, z ita alle. Alex. in l. iuste possider. ff. de acqui. pos. z ibi Jas. in vl. co. z in l. fi. C. de edic. di. adr. tol. z fm ordine Perusinū est in j. par. in dictionē, nu. 29. z ibi inc. in q. apposita. z de hoc cōl. bar. vide Ale. in l. sepe. ff. de re iu. z in cōl. clx. in vij. vo. in j. co. in fi. inc. visis narratis. z in cōl. xlij. in vj. vo. z in cōl. cxxxv. in fi. co. vo. inc. ad primam dubitationem. z And. Sic. in l. fin. in princi. in addi. Bar. C. de edic. di. adri. tollen. z in l. meminerunt. C. vnde vi. vbi alle. Barto. in isto consi.

b ¶ Fideicōmissaria. adde Bar. post antiq. in d. l. fi. cū concor. de quibus ibi per Jas. z in l. q. si stipulat⁹. ff. si cer. pe. z vide Ang. de are. in §. quadrupli. Inst. de act. Et ita consuluerunt d. Joā. Lampe. Bon. z d. Ang. de Leuco de Ferr. in causa do. Fraciscę heredis Mas. z Jo. de foro Julij, quorū cōsilys tūc requisitus a do. Theod. z Theodoro me subscripsi z plura addidi, z mari. qz vt dicit Bal. de ca. z Alex. in l. restituta. in prin. ff. ad Tre. vehemēter errāt illi, qui ad restitutionē fideicom. intentāt tota hereditaria, vel apprehēdunt pos. q nō possunt nisi in casibus, in quibus trāsit in fideicōmissarium vniuersale ius hereditarium ipso iure, nec relevat clausula, petens in pdic. sibi ius, z institiā fieri, etc. qz fm Bal. de ca. in col. clxv. inci. querit primo. in vl. dub. ex quo ante restitutionē verbale nullū ius cōcepit fideicōmissario ergo nullā actionem hz. Igitur libellus non pōt sustentari, cuz nemo sine actione experiatur. l. si pupilli §. vlcaemus. ff. de nego. ge. z licet istius clausule multi sint notabiles effectus, vt p Jac. plene in l. petens. C. de pac. z ibi plenius scripsi in apost. tamē si ex libello inepto constat de intentione libellantis, z nulla actio competit non pōt sequi sententia, fm Ja. Cal. in cap. cum dilectus, de ex. co. cum concor. si autem esset facta restitutio fideicōmissario vniuersali, z caderet a pos. an competeret beneficiū dicte l. fi. vide ibi per Alex. z plenius per Jas. in d. l. fi stipulatus. z Bal. de ca. in d. conti. clxv. z Alex. post Bal. in d. l. restituta. Nec statutum disponēs possessionē bonorū defuncti continuari in heredē, sine noua apprehensione, qz illud intelligi debet in ver o heredē, z nō in fideicommissario, vt plene prosequit d. Bonmicus Lampe. in dicto consilio, cui addidi, qō posset etia dici, quod non habet locum qñ mortuo defuncto, possessio ab alio quo fuerit apprehensa: qz illa actualis apprehensio impedit illā continuationē factam a statuto, fm Cap. cū singulariter in l. Pomponius. §. quæritum. ff. de acqui. pos. quam pro valde not. refert Alex. in l. cum heredes. in prin. ff. eo. titu. z licet eā ibi non firmet: tamen in consi. cxxxij. in secundo volu. inci. visa facti narratione. eandem firmat, z Jaso. in l. fi sorori. C. de in. delibe. cum concor. de quibus per eum, z ita fuit pronunciatum per d. Bo testatem Fori Julij.

c ¶ Tangit. Vide Alexā. in auth. si quis in aliquo. in prin. z ibi apostil. in verbo, authoritate. C. de eden. z de isto consilio Bar. vide Pe. de anch. in consi. cxcvij. incip. videtur prima facie dicēdum, z Ang. de are. in suo tractatu malefi. in ver. dolose, z appensate. in prin. Tho.

d ¶ A pena. An licentia nulla excuset a pena turbātis possessionem, adde Bar. in l. iuste possider. in fi. ff. de acqui. pos. z ibi vide Alex. z Jas. z Bar. Soci. z Bart. in l. j. §. nunc autem. ff. si quis testa. liber esse iuss. fuer. z in consi. quod inci. missus. cum concor. de quibus per Alex. z Jas. vbi supra. z vide Ang. de are. in §. ita tamen. Inst. vt bon. rapt. z Bar. in consi. xvj. vila accusatione. in ij. volu. z ibi scripsi. z vide Pe. de anch. in consi. cxcvij. qui allegg. Bar. in hoc consilio.

e ¶ Cognoscit. Vide Jas. vbi plures ponit concor. in l. si quis id quod. in quarto no. ff. de iurid. omnium iud.

CONSIL. XCII.

Ad quem pertinet probatio etatis, an ad actorē, an vero ad reum. Item, qualiter probetur, z qui testes sint sufficientes ad probandum etatem, z qui testes probent ex dictis suis, vel ne, z quam causam debet teitis assignare in probatione etatis, vel in alia causa.

1 ☞ Allegānti etatem alicuius ad fundandam intentionem, siue agendo, siue excipiendo, incumbit onus probandi.

2 Testis non deponens de aliquo, quod ipse cognoscit per sensum corporis, non probat.

3 Testimonium ex aspectu quando est validum de iure.

4 Fama non probat, sed probationem factam, coadiuuat.

5 Inter potest esse testis ad probandam etatem suy.

6 Testis productus pro vna parte non pōt reprobari ab illa, ex quo est approbata persona.

7 Pax inter cōmune Perusij, z commune Assisij, quo tempore fuit facta, z comanne Assisij, se submisit communi Perusij.

8 Compater, an possit esse testis.

9 Consanguinei an possint esse testes ad probandam etatem.

a **In questione** vertente inter dominū Simonem de Perusio ex vna parte agentem, z d. ommum Vitalem de Assisio, ex alia defendēte super canonicatu Assisij. ¶ † Primo videndū est, cui incumbat onus probādi etatē ipsius domini Vitalis, scz an ipsi domino Simoni, qui dicit ipsum dominū Vitalem, tempore confirmationis, z representationis facte in ecclesia, in petitionibus, z articulis contentis non fuisse, nec attigisse etatem viginti quinque annorum, an vero incūbat onus probandi ipsi domino Vitali, q tūc fuerit etatis legitime? Ad quod dicendū est, q licet super hoc sint multe gl. in l. de etate. ff. de mino. z p doc. C. de prob. l. cū te. Tamē veritas est, q ille, qui allegat etatē alicuius ad fundandā intentionē, siue agēdo, siue

3 †Ad secundum dico,q sufficienter probatū est,qđ cā discipline, i.cā admonendi,z docendi,z informādi eum in dicta arte,z hoc per Salmitum testem producti.z Cagnutiū interrogantē,si dictus Andruciolus dicto tpe habebat curam,z sollicitudinē de dicto Nicolao,vt de eius discipulo,z si docebat eum vt discipulum in dicta arte,dixerunt,q sic.Interrogati quomodo sciebant dixerunt qz viderūt,etc.licet enim hoc,qđ cā docēdi,z monēdi fecerit,nō possent videre aliquo sensu corporeo,tñ hoc pōt videri q illo tempore quo ipse percussit,eū vt discipulum docebat,z monebat,z istud dixerunt q viderūt,z ex hoc sciebāt qđ animo eū docendi,z corrigendi faciebat.† Nā sicut illud,q qs
4 facit qñ ludit,psumit facere cā ludi.l.ij.z ibi no.ff.de inu.ita illud,q facit qñ docet,presumit facere cā docendi,z disciplinādi. Et hoc est q vult tex.in d.l.sed z si quemcunq;.§.si.ff.ad l.aqui. Sufficit ergo,q sit factū in disciplinā,hoc est,tempore quo qs alium disciplinat,z docet:qz statim presumitur qđ nō fecit animo iniuriandi.Preterea,posito q dictus articulus factus non fuisset,sed super eo testes mihi dixissent de causa,defensio esset probata.Nā probatum est plene,q dictus Andruc.erat magister,z dictus Nicolaus erat discipulus,vnde ex qualitate persone,qz magister:z ex qualitate percussionis,qz cepit per auriculam,z dedit ei alapā,q quidē actus secundū mores nostros magis ad correctionē,quā ad iniuriā fieri cōsueuerūt, presumitur quod non animo iniuriādi.l.j.C.ad l.Cor.de sica.z hoc expresse tenet gl.in l.eum,qui.eo.tit.Ex ergo ex qualitate persone,z percussionis hoc presumitur nō est necesse quod exprimat delictus propter quod corrigebat.Concluditur ergo ex predic.qđ predictus Andruciolus ex pbationibus sit absoluendus,vel debeat sibi dari sacramentum purgationis,z eo prestito absolui,vt no. gl.in d.l.j.C.ad l.Cornel.de sicar.z determinat Bar.

ADDITIO.

a Corrigi.Vide Alex.consi.lxxv.lib.iij.

CONSIL. CV.

Nō iudex tenetur stare ad syndicatum,z recusat illum iudicem coram quo impetitur,z ille procedit, non valet eius processus.Ipse ponit causas in quibus post propositam recusationem non valet processus sine appellatione,z etiaz si non proponatur z causa suspicionis est notoria.

1 Recusatione facta ex causa legitima est exemptus totaliter a iurisdictione iudicis recusati.
2 Processus factus per iudicem recusatum an z quando valeat.
3 Iudicio non parens an,z quando quis incidat in penam.
4 Ciuitas Castelli negat se subiectam ecclesie Romane,z sic debet seruare iura ciuilia.
5 Judex potest recusari etiam in quacunque causa futura.

a Inquiritur contra d.Jo.de Pisana,per syndicū ciuitatis Perusij,q nō stetit ad syndicatum in ciuitate Castelli,tēpore debito:Ad cuius defensionē inducitur instrumētū recusatiōs,z ex causis certis,scz qz syndicus illius terre erat sibi inimic⁹ capitalis,vt in instrumēto latius patet:p q dz, qz ex eo q ille nō eligebat,z recusabat arbitros qui de suspiciōe cognoscerēt,dict⁹ do.Jo.nō tenebať sub suspecto iudice litigare.Cōtra qđ per aduersariā partē dicitur,q licet iudex sit recusatus,nihilo minus pōt,pcedere z pcessus factus ab eo valet,nisi appellet:vt no.Inn.i c.cū spāli.de ap.z ideo per recusationē iste nō fuit exēptus ab illius iudicis iurisdictione,z sic stare tenebatur.Itē, opponiť q recusatio nō fuerit facta adiecta causa.Queritur,quid iuris.Et proponiť ex facto,q ille syndicus iudex ciuitatis Castelli in tēporalibus nō agnoscit superiorem.Itē requiriť cōtra eū dē,q nō apportauit instrumentū siue fuit syndicatus.ad;cuius defensionē producit instrumentū,per qđ apparet q per eius procuratorem fuit a iudice notario petita copia sententie,z fuit sibi denegata.z sic quod non poterat,z q aliter apportare non tenebatur.ab aduersa parte dicitur,quod difficultas portationis eum non excusat,l.continuus.§.illud,de ver.ob.ad;z etiaz inducitur.l.ij.§.fi.cum l.seq.ff.si quis cau.Queritur quid iuris

Super

1 ¶ †Super primo dico de iure, quod lz dictus do. Jo. non stetit ad syndicatū, non tñ venit puniendus. z lz d. Jnn. dicat, q̄ nō me minit se legisse qđ valeat processus: ego tñ dico, q̄ memini me le
b gisse, qđ facta recusatione[b] ex cā legitima, est exemptus a iurisdictione iudicis recusati totaliter. Casus est C. si qua. pre. po. l. j. in fi. Hoc etiā tenuit Jnn. z tenet Host. in sum. de off. dele. §. j. z ipse Host. refert in d. c. cū speciali. z ibidē Jo. and. in nou. z tz Host. in sum. de off. dele. §. quāuis sit effect⁹. z hoc potissime est verū, nisi cā recusationis esset inimicitia capitalis notoria, tunc etiā recusatione nō proposita, processus est nullus ipso iure. ca
2 sus est expressus hodie, de re iu. c. pastoralis. in cle. † Primo, posito, qđ esset verum, qđ valeret processus, nisi appellet, hoc nil ad propositū: non em̄ querimus, an valeat processus, necne: lz an dictus Jo. teneatur stare ad syndicatū coz̄ alio iudice, z si nō stetit, incidat in penā? Et certū est, qđ non, q̄z q̄ñ quis est obligat⁹ stare in iudicio, z se defendere, intelligit⁹ arbitrio boni viri. l. vir bonus. ff. iud. sol. Sed vir bonus arbitraretur eū nō debere stare in iudicio coz̄ eo, q̄ñ habet suspectū iudicē de inimicitia capitali, vt no. in l. vir bonus. z ff. de procu. l. si post datione. z Innocentius. §. fi. z d. c. pastoralis. Jtē vir bonus, id est iudex, non arbitraretur qđ quis deberet stare iuri coz̄ illo iudice quē recusauit vt suspectum: z si ille non vult arbitros eligere, sed procedit, ideo hoc faciēdo grauat partē, z ista est iusta cā recedēdi, z appellādi, vt ipsa pars aduersa confitet. Preterea, illud qđ dz appellare esset verū, vbi esset iudex superior ad quē posset appellari, sed hic nō est: q̄z iudex in tpalibus non recognoscit superiorē ergo licite sua authoritate potuit recedere, non appellādo p iura allegata, que dicūt, vbi non est iudicis copia pōt quis sua authoritate facere, vt no. C. de in. l. nullus. z probat ff. quod vi aut clam. l. si alius §. bellissime. z ff. que in frau. cred. l. ait pretor. §. si
3 debitorē. C. de decu. l. generali. lib. x. † Preterea, cū nō posset ab illo iudice appellari vt dictū est, ideo nō incidit in penā, si eius nō paret iudicio. casus est expressus. ff. de ar. l. nō distinguem⁹. §. cū quidā arbiter. vbi lz in sua arbitri nō posset appellari, tñ ex tali cā non parēdo suo iudicio excusat a pena de iure canonico, dic vt no. in c. secūdo requiris. de appel. † Primo, illa ciuitas
4 Castelli negat se subiectam ecclesie Romane, z sic ibi debemus stare iuribus ciuilibus, sed de iure ciuili eo ipso q̄ quis allegat cām suspicionis sufficit, nec requirit alia probatio: sed hoc pro probatione habet, vt not. C. de iud. l. apertissimi. z no. ff. ad Tre. l. q̄z poterat. maxime hoc verū est, si hoc affirmat propio iuramēto, ex quo tollitur omo suspicio calūnie, vt expresse dr Spec.
5 in tit. de recusat. §. qualiter. ver. quid si presumptio. ¶ † Ad vltimum qđ dicitur, q̄ non recusauit in certa causa, rñdetur, q̄ hoc non est necessariō pōt fieri recusatio gñaliter a qualibet causa etiā futura. text. est in d. l. fi. C. si quacūq; pre. pote. ¶ Super
6 eo dico, q̄ difficultas illa apportationis z prestationis excusat do. Jo. a pena, casus est ff. ad Tre. l. Titius. z ff. ad le. Rho. l. si vehenda. §. idē iuris. lz difficultas nō impedit cōtrahi moza, z penam committi. Et hoc dicit gl. in verbo, in potestate. in l. qđ te. ff. si cer. pe. z etiam gl. super verbo, teneri. Non obst. l. ij. in fin. ff. si quis cau. q̄z imo facit pro: q̄z hic fuit magistratus, qui impediuit, z talis contra quem propter potentiam, non potest haberi regressus, vt in l. fi. de eo per quem factum erit.

ADDITIONES.

a Dh. D. ¶ Inquiritur. De hoc consi. vide Bar. in l. q̄z poterat. z ibi vide apost. meam. ff. ad Treb. vbi dicit consuluisse in facto.

b ¶ Facta recusatione. Vide Lud. Ro. in cōsi. ccxx. circa primū dubiū. z Bar. in cōsi. cccxxviij. in ij. vol. z Bau. de ca. in consil. xvij. z Ang. de are. in rub. ff. de app. z in §. fi. Instit. de except. z Lanfr. Bitr. in c. qñ contra falsam. de prob. Ludo. in l. non distinguemus. §. cū quidā. ff. de arb. Sal. in l. apertissimi. C. de iud. z Jmo. in l. j. §. quesitum ff. de app. Bem. in c. iudex ab apostoli ca. de off. dele. in vi. And. Sicu. in tract. de prestan. Car. in secunda parte prin. in ij. q. Aler. de Jmo. in l. q̄z poterat. ff. ad Treb. z in consi. lxxix. in j. volu. diligenter consideratis. per totum. z Ro. consi. ccxc. vbi refert quinq; opiniones.

CONSIL. CVI.

Si statuto disponitur, q̄ pcutiens cū armis puniat̄ certa pena. z pcutiens cū manu puniat̄ alia minori, tūc pcutiens cū dentibus non dz puniri pena pcutientis cū armis, sed minori pena ex secundo statuto, arguēdo de similib⁹ ad similia.

1 ¶ Dentes an contineantur appellatione armorum.

2 Statutum loquens de manu, intelligitur etiam de dentibus.

a Statuto castri[a] plebis, sub rubrica, de pcutiētib⁹ aliquem cū armis. cauetur q̄ puniat̄ in decē, z de percussiōe facta cum manu qđ puniatur in quinq;. Jtē alio statuto cauetur qđ in casibus in statuto nō expressis in maleficijs puniendis, procedat̄ de similibus ad similia. Accidit, q̄ Titius momordit Sempronium dentibus, z de hac pena nō exprimit̄ in statuto. Querit̄, cui assimilabimus hoc delictū, an offendenti
b aliquē dicerēt ire fine armis, cum oēs habeant dētes. Veritas ergo, q̄ dētes non dicuntur arma nec ex his aliquis dr armatus: nec cū armis facere. casus est ff. de vi z vi ar. l. nij. §. armis dejectum. z ad l. Jul. de vi pub. l. armatos. Et sic concludit̄, qđ ex vigore primi statuti loquētis de pcussione cum armis, non pōt puniri: puniat̄ ergo pena secūdi statuti de percussione cū manu.
2 † qm̄ sicut manus est mēbrū, ita etiā dēs, cū nō reperiat̄ de peritiēte cū dēte, procedēdo de similibus ad similia, secūdum formā statuti eiusdē terre: sed similis est percussio cū manu, vt dictum est. ergo, &c. ¶ Preterea, si non est statutū qđ non procedere tur de similibus ad similia hoc fieri debet de iure cōi. Nam certum est q̄ hodie in imponēdis penis maleficijs, legib⁹ scriptis omnibus vtimur, sed his casibus etiā in scriptis quibus nō vtimur, recurrimus ad simile statutum, vt ad consuetudinem. ff. de legib. l. de quibus. circa prin. sic ergo in proposito. Bar.

ADDITIONES.

a Dh. D. ¶ Statuto Castri. Alias inci. visis statutis, de pcutiente aliquem. z vide in j. lib. consiliorum antiquorū, vbi est narratio facti, modo impressum. z adde qđ hoc consilium Bar. est in fertum per eundem Bar. de verbo ad verbū in quibusdam lect. in l. non solum. §. quanquam. ff. de iniurijs.

b ¶ Cū dentibus. Vide Alex. in l. idē est. z si qs. §. armis. ff. de vi z vi ar. in add. Bar. z Jo. de Fir. in suo repertorio. in ver. dens. z Ang. de are. in trac. maleficiis in ver. membrum. z vide Bar. in l. ij. in vlt. col. ff. de pub. iud. vbi ponit an dens sit membrum.

CONSIL. CVII.

Si statuto cauetur, quod bannitus habetur pro cōfesso de crimine, lapso termino bāni, nec ad defensionē criminis admittatur, an lapso termino pōt iudex admittere exceptiōes competentes per bannitum oppositas, z minuere penam: z qđ operetur bannum secundum statuta Italie.

1 ¶ Statutum, qđ bannitus posset impune offendi, est factum fauore publice vtilitatis.

2 Jnnocētiam accusati pōt quilibet extraneus excusare in casibus, in quibus non pōt peruenire ad sententiā contra absentē.

3 Sententia contra absentem quando ferri potest, iudex debet inquirere veritatem.

4 Debitor in decem, si non soluit, incidit in penam si est liberatus de dimidia, si non soluit reliquum, incidit in penam.

a Visis omnibus[a] statutis predictis, z processu, z omnibus, que pro iure fuerūt videnda: dico, z cōsulo, ego Bar. a Saxoferrato, q̄ p̄fate exceptiones debuerunt recipi, z admitti. z qđ partes iudicis debēt esse tales, scz q̄ dictos reos condēnet in eo, in quo condēnari debēt si cōparuissent añ terminū elapsum: z in termino, alias in banno q̄ fuit dat⁹ eis si cōfessi fuissent, z predictas exceptiones exposuissent, z de eis eo modo quo debuerūt alias docuissent: z dz dictus iudex in defectum pene pecuniarie nō solute eos cōdēnare in persona, si eos nō cōdēnaret in integra pena pecuniaria infrascripta. Hoc au
1 tem esse verū probatur rōnibus, z certū est. † Primo, q̄ statutū quo bānitus posset impune offendi, vel q̄ eū offendēs minori pe
b na puniatur, est factum fauore publice vtilitatis, vt C. qñ lic. se fin. iu. vin. l. fi. ibi, vel p quiete cōi, &c. z lz exceptiones q̄ sunt pro vtilitate cōi inducte, possint opponi ab ipso iudice etiā nemine opponēte, vt ff. de procur. l. filiusfamilias. §. veterani. z ibi not. z ff. de postul. l. quos prohibet. ergo multo magis iudex dz facere hoc, parte petēte. ¶ Pro hoc facit: q̄z iudex dz innocentiā partis querere, etiā si se non defendat. l. si non defendat. ff. de pen. z hoc non solum debet facere ante sententiam: imo etiā post sniam si eum reperiret nō culpabilem, debet facere q̄ pōt, vt absoluat: sed de hac innocentia tenetur rescribere superiori, vt eum restituat: qm̄ ipse non pōt. l. j. §. fi. ff. de questionib. †. ¶ Preterea, vbicū
2 que contra absentē non pōt peruenire ad diffinitiuam sniaz: ibi etiam quilibet extraneus veniens ad suam innocentiam excusandam debet audiri. l. seruum quoque. §. publice. ff. de procurato. nō. Jnno. in cap. veniens. extra de accusa. ergo multo magis ipsa principalis persona audienda est. †
3 ¶ Preterea, ad idem

vbicunq; contra absentem potest deueniri ad diffinitiuam sententiam iudex debet inquirere veritatem: z pro absente testes, z instrumenta inducere. vt C. quomodo, z qñ iud. auth. q semel. ibi perquisita veritate, &c. C. de app. l. ampliorē. in fi. prin. z ibi, no. glo. in verb. adimplere. Et qđ ibi dicitur per gl. qđ speciale est, intellige ideo: qz in cā appellationis pōt deueniri ad diffinitiuam parte absente, nec pōt assignari alia ratio: ergo in proposito multo fortius dz audire, z admittere partē producentem z allegantē. Sed cōtra predicta facit statutū, quo cauet q elapso termino banni bannum non pōt vitiari aliquo modo, qui dici, vel excogitari possit. Pro cuius declaratione est breuiter sciendū, qđ bannū fm statutum huius ciuitatis Perusij, z cōiter totius Italie, operat effectum suū totum: z ecotrario ad id q operatur bānum, seu aduocatio de iure cōi. Nam elapso termino aduocationis, quis amittit bona: sed ad defendēdum se de crimine auditur, vt dicūt iura vulgaria: sed in bāno quo datur ex forma statuti, elapso termino bāni habet pro confesso de crimine, nec ad defensionē criminis auditur: sed quantū ad quātitatem, que in banno reducit sibi nō preiudicatur: qz postea in cōdēnatione iudex moderabit, fm q equum z iustum sibi vr. Hoc ex verbis statuti sic probat, z consuetudo sic interpretat. Hūc aūt dicti; banniti nō dicunt, q dictum bannū, vel eius officium infringat, nec fatent se cōfessos, z convictos de maleficio, sed solum allegant aliud, propter q pena maleficij minuitur, z moderatur, hoc aūt non est ipsum bannum infringere, vt apparet ex predictis. Illud aūt q dixi in defectum pene pecuniarie debere imponi corporalē, sic ostendit. Qñ vnum est per se in dispositione, z respectu alterius est in conditione, ls prout est in dispositione diuidatur: tñ prout est in cōditione, respectu alterius, in qua libet particula remanēte, remanet totalis effectus illius conditionis. Exēplum, Aliquis dz decē, z si decē non soluerit incidit in penā, vel succedit Potestas ad vendendum pignus, vel aliqđ simile: ſcōtigit q vel per solutionem, vel aliquo modo, aliquis liberatus est a quinq;. Certe, si alia quinq; no soluerit, incidit in integrā penā, z pignora integra poterūt vēdi. l. v. §. fi. ff. de verb. obl. z ff. de pig. act. l. si necessarias. §. si vnus. z C. de distrac. pig. l. quādiu. Ita in proposito. ls propter bannū offensi pena sit in aliqua parte diminuta, tñ pena que succedit in euētum illi⁹ cōditionis si non soluerit, remanet integra in qualibet particula eius quod nō soluerit, vt ex predictis iuribus apparet. Bart.

ADDITIONES.

a Th. D. Visis omnibus. Vide Bar. in l. pe. §. ad crimen. ff. de pub. iud. in ver. quedam sunt exceptiones. z ibi vide apost. z in consi. xlj. inci. statuto ciuitatis Visisij, in vol. ij. z ibi scripti in apost. z vide Pe. Phil. Loz. in consi. cclxxxj. in nij. vol. inc. in hac consultatione. z vide in apost. in l. dies cautionis. §. preterea ait. ff. de damno infec. in lec. Bar. in ver. concordia.

b Publice vtilitatis. Vide plene per Jaso. in l. vbi pactum. in prin. C. de transac.

c Audienda. Vide Pau. de ca. consi. xxiij.

CONSIL. CVIII.

Si statuto cauetur, q pro quolibet verbo iniurioso debet quis puniri certa pena, quo debet intelligi vnū verbum iniuriosum. Et an pro multis verbis idez significātibus, debet quis puniri vna pena, vel multiplici, quando dicuntur in eadē rixa: z quid si a condemnatione appellatur, quales sunt partes iudicis appellationis.

In questione a vertente inter do. Nico. z eius filiaz ex vna parte appellātes, z ser L. syndicū, z procuratorē ciuitatis Clusij, ex altera parte defendētē in curia syndici apel. Lois Clusij, mihi cōsulenti cōmissa. Visis actis pme, z scōe cause, z statutis, z iuribus vtriusq; partis ad examinationē pdic. quest. Primo videndū est, que dicant verba iniuriosa. Sup hoc dz, q ea, que proferunt in aliū z bonos mores ciuitatis, vt ff. de iniur. l. ité apud Labeonē. §. conuitium. ver. idē ait. Secūdo sciēdum est, q verbū iniuriosum dz, vna oratio significatiua alicuius cōtra bonos mores, non aūt quodlibet verbum dicte orationis, vt d. §. cōuitij. z l. j. §. verbis. eo. ti. Tertio sciēdū est, q si in oratione cōtinentur plura tendētia ad diuersos effectus quorum quodlibet p se est cōtra bonos mores ciuitatis, dicent plura verba iniuriosa. arg. l. Titia. §. fi. de ver. obl. z l. pluribꝰ. in prin. eo. ti. Idē etiā dico, qđ si qs proferat aliquā orationē imperfectaz, vt si quis diceret alicui, meretrix, intelligeret, eā. sez tu es, arg. l. j. de insti. arg. C. de fideicō. l. verbū, volo. Sz si in oratione apponerētur plura verba iniuriosa significātia idē. vel quorum vnū veniret ad qualificationē alterius, tūc nō dicerētur plura verba, sed vnū tñ sic qualificatū. arg. l. illud. in fi. ff. ad legem aquil. z qđ no. C. de accu. l. qui de crimine. Quarto est sciēdum, q si vnum verbum idē significans in eodem instanti pluries repetatur, non dicētur plura verba iniuriosa, sed vnum tñ, z vna vice dictū. ff. de testa. l. vnū. z ff. de le. §. l. cum filius. §. cū qui. Ad qđ optime facit, qđ not. p gl. ff. de pig. act. l. si cōuenerit. in princ. His premissis videamus que verba dixit dicta do. A. z primo dixit q do. S. vxorē Ang. verba iniuriosa, sez, soza, idola, malfatta, icēdiosa, putana, che io te ho tratto tre herede del corpo. nā dicta verba, soza, idola, malfatta, idē importāt, sez, deformitatē persone, z sic est vnū verbū iniuriosum: z q sequit, incēdiosa, siue de igne mali, siue metalle, quasi generās odiū iter alias, est aliud verbū iniuriosum: z postea qđ sequit, putana che io te ho tratto, &c. ista tendūt ad idē, quasi diceret, ista manifestāt meretriciū qz tres filias feciſti. z sic fuerūt tria verba iniuriosa, deide dixit dicta S. q pred. do. A. soza amalato, mēdico, che tua madre se cercaua, z faceua figlioli p le stale. Sūt tria ꝑba iniuriosa. Primo, ex eo q dixit, soza amalato. Secundo, ex eo q dixit, mēdico. Tertio, ex eo, q dixit, tua madre, &c. Scōo dixit d. A. q d. Ang. tua sozella e pur putana, e la figliola. Dic aūt q sequunt tēdūt ad idē, sez maledictionem aie, va che malederta sia lanima tua, e de tuo padre, z tāti diauoli habbino lanima sua, q̄ti furono licani che se meno dieto. Ex pdictis colligunt duo verba iniuriosa. Primo, qđ dixit, tua sozella, &c. oia, q sequunt, tendūt ad idē, sez, ad maledictionē aie. Et sic apparet q d. A. dixit octo verba

b iniuriosa: b, qđ 8z, q tribus vicibus, mihi ad, ppositū: qz eodē tpe dicta fuerūt: z statutū, qđ loquit de qualibet vice, intelligit se paratis tpibus, per ea que dicta sunt, z sic d. A. in ti. viij. debuit condēnari. Nunc videamus q̄ dicta sunt per d. S. que dixit contra Ang. pred. mai mio padre fu rechato nelle barcelle, posito q dicta verba videant directa z Ang. prout vſr velle verba statuti. d. verba nō cōtinēt improperationē homicidij, vl enormis vulneris, nec em ipsa exp̄ressit, nec inquisitis mortuus naturaliter, vel viuēs, vel infirmus: vñ inquisitio de necessitate nō includit improperationē homicidij, vel grauis vulneris, vel ꝑditionis: z in dubio debemus interpretari in partē meliorē, vt l. si preses. z l. interpretationē. ff. de penis. Accipiēdum fuit ergo dictū verbum pro simplici verbo iniurioso. His ꝑmissis, dico z cōsulo q partes dictorū syndicorum in cā predicta debent esse tales, sez qđ sententiam latam predict. per d. Potestatem, a qua est appellatum, reformēt in melius, in hunc modum, sez inquantū dicta A. est condemnata in octo libris, pronūtient bene z iuste iudicatū z sententiam predictā confirment in ipsa quantitate. in eo vero, qđ condēnata est vltra, pronuncient male, z iniuste iudicatū, z sententiam predictam cassent, z irritēt in eo qđ dicta S. est condemnata in xx. solidis, pronuntient male z iniuste iudicatū, z de ne appellatum, z in eo dictam sententiā cassent z irritent, z hoc modo sententiam predictam reforment. Barto.

ADDITIONES.

a In questiōe. Vide de isto consi. Bartoli d. Fel. in c. fi. in prin. de off. deleg. z dominum meum do Ant. corset. in suo trac. de potestate regia in cap. de verbis gemmatis. in verb. viij. z adde ad Bar. in hoc consil. quem tractatum impressum dono mihi dedit dict. do. Ant. cuius electus fuisset in auditorē Rote. z vide de isto cōsi. Bar. etiā alle. per Alex. de Im. in l. item apud Labeonem. §. sed qđ adijcitur. in ver. verbum. ff. de iniu. in apost. ad Bart.

b Iniuriosa. Vide Rom. consi. cxcj. Jos. de Anan. consi. xliij.
Th. D. Vide Barto. in l. item apud Labeonem. §. sed q ad hoc. ff. de iniu. z in l. si quando. C. de bo vac. lib. x. z in l. nūquā plura. ff. de pz. deli. z Ang. in l. si non cōuitij. C. de iniu. z ibi Salicet. z d. bal. in consi. quodā inci. quidam dixit. Ang. de Are. in suo trac. malef. in ver. iniuriosa verba. z not. hoc consi. bart. pro statutis de verbis iniuriosis. z an ista sunt verba iniuriosa dicē do, mio padre non fu mai becchо, z est not.

CONSIL. CIX.

Si statuto cauetur, quod percutiens alium cum sanguinis effusione condemnetur in certa quantitate, z exbannitaꝰ Item, alio statuto quod bannitus posset quis impune occidere tunc si quis percussit alium gladio apto ad scindendū panem, vulnus fecit, z exiuit sanguis, licite potuit condemnari, z exbaniri, z etiam occidi, tanquam bannitus.

1 Percussus cum cultello acuto intelligitur vulneratū fuisse.
2 Dictio, in, significat intus in personam.

a Contra Titiū a processum fuit, q per cussit Caiū cū quodaz cultello acuto, apto ad frāgendū panē percussione intus in ꝑsonā dicti Caij, ex qua percussiōe sanguis exiuit, exbannitus z cōdēnatus fuit dictus Titiꝰ p dicto maleficio in certā quātitatē, fm formā statuti. Post hoc d. Titiꝰ existēs exbānitus, z cōdēnatus, fuit occisus a Sempronio, vigore statuti Communis Perusij, q de hac materia loquitur. Queritur,

an dictus Titius potuerit impune occidi, vel media pena homicidij locum habeat & imponeda veniat dicto Sempronio occisori: Et videtur, q̃ imponenda est media pena: q̃a statutū p̃mittit impune occidi exbannitum p̃o percussione sanguinolenta, & quod percussor vulnus fecerit. Sed in processu & suis factis contra Titium, non fuit deductū quod percussor vulnus fecerit. Econtra videtur, q̃ impune potuit occidi, q̃a ad positionem percussionis sanguinolente cum cultello acuto, necessario sequitur vulnus, cum vulnus sit scissio cõtiguitatis, &c. In questione predicta facit dubiū, q̃a vulnus dr̃ si cutis scindat. l. si seruus. §. rupisse. ff. ad le. aquil. sed sanguis põt exire de corpore, ablq̃ eo q̃ cutis scindat, sc̃z per poros, maxime vbi cutis est tenuis, & de naso ex parte interiori, vt de gingiuis. Itẽ dicitur, q̃ Christus sudauit sudorẽ, sicut guttas sanguinis, Luce xxij. capite. Credo tñ in p̃posita questione q̃ in verbis p̃positionis, satis intelligit q̃ vulnus fuerit factū, q̃ó apparet ex tribus. Primo, q̃a cũ cultello acuto. Secõ, q̃a in p̃sonam.

a Tertio, q̃a ex percussione sanguis exiuit. † Primũ si percussio fit
b cũ cultello acuto, intelligit factū vuln⁹. Est em̃ res apta ad scindendũ, & nocẽdũ, vt ff. de fur. l. si pignoris. §. j. ff. ad leg. Jul. de vi publi. l. pe. §. telorũ. & de ver. sig. l. armorũ. & apparet de cultello, seu gladio expresse, quo Petrus abscidit auriculã serui. Primo capite. Credo tñ in p̃posita questione q̃ in verbis p̃positionis, satis intelligit q̃ vulnus fuerit factū, q̃ó apparet ex tribus. Primo, q̃a cũ cultello acuto. Secõ, q̃a in p̃sonam. Tertio, q̃a ex percussione sanguis exiuit. † Primũ si percussio fit

a Queritur ª z in dubium reuocat, an Francischin⁹ magistri Angeli de Assisio, qui fuit condēnatus de eo, quod dicitur fieri fecisse quoddam falsum instrumētū per ser Andream magistri Jacobi: z de eo, quod dicitur ausus esse in iudicio per dominum Alfreducium dominū Petri de Perusio, tunc Capitaneum ciuitatis Assisij, qui tamen Capitaneus in sentētia eis famam reseruauit his verbis, z per hec verba, z p hanc nostrā sententiam nō intendimus, nec volumus in aliquo derogare fame predictorū Frácischini, z ser Andree, vel alicuius eorū, imo vtriq; eorū reseruamus, z volumus, z declaramus famā illesa z omni via, iure, z modo, quibus melius pōt fieri, z de iure possumus, zc. sint infames, vel nō, z an possint ad officium prioratus admitti, zc. z ad officia publica ciuitatis Assisij vocari, z illa acceptare, z exercere, non obstante illa condemnatione. Visa cōdemnatione facta, z processu habito, z visa super ea lata, z omnibus actitatis in causa. Et eodē modo quero, de dicto ser Andrea magistri Jacobi. Ad que examināda primo videū est, an dictus Francischinus de iure debuerit, z potuerit condēnari. Secundo, an sit infamis, ex quo condēnat⁹ est. ¶ Circa primū aduertendū est, qd si teneat accusationis diligenter inspicit, principaliter ibi continetur, qd dictus ser Andreas, fecit fieri quod dam instrumentū venditionis duarum petiarū terre, z hoc est principale in illa accusatione, z totum illud qd proponitur est accessoriū, scz ordinatio precedēs, z productio sequēs. Si ergo ex actis pōt ostendi venditionē vere factā, z dictū notarium de dicta v.nditione: rogatū fuisse, z sic dictū instrumentū verū esse, concludit manifeste, qd dictus Frácischinus nō potuit, nec debuit condēnari, imo dz absolui a dicta cōdēnatione. Hoc autē, scz quod dicta vēditio fuerit facta, prob⁹ ex tribus testib⁹ in dicto instrumēto descriptis, scz fratre Christolde ser Joanne, q sunt viri magne authoritatis, qui dicunt expresse vēditionem factam fuisse, vt ex eorū dictis apparet. Et si opponat dicto fratri Christoldi q in nulla parte sui dicti dicit se fuisse presentes, 1 †Rñ. q testificatus est de his, que corporis sensu possunt perci b pi, scz visu, z auditu ᵇ, z ideo stādū est dicto eius, si nō interrogat vlterius, vt C. de testib. l. solū. z ibi no. z per Jmn. extra de testib. ca. causam. Preterea etiā alij testes, etiā p̄o parte accusatoris producti, dicūt dictū fratrē Christoldē fuisse presentē, z sic hoc c liquet iudici. Unde si dictū eius dēceret, p alios supplereť. Et si opponat, q multa continentur in instrumēto, de qbus nō testificatur, † Rñ. vt dixi, solū de hoc accusant, qd predictū instrumentum, inquātum continet venditionē, est falsum. Unde sufficit probare hoc esse verū. Et si de aliquibus dicit se nō recordari, non vitiatur. vt no. Jmn. extra de fide instr. c. cū Joānes. Itē, si opponat dicto fratri Christoldi, qui deponit q credit. Rñdetur, quod quantū ad venditionē, assertiue dicit esse factum: sed d quantū ad consensum Gerardi, z quedam alia dicit, q credit a. Unde substantia venditionis probat. Apparet ergo instrumētum esse verū, z legitimum, z illud qd apponebat in accusatione erat falsum. Preterea, hoc esse verū apparet manifeste p instrumentū cessionis p̄o luctū in dicta causa, vbi ipse partes, cū quibus fuit celebrata dicta vēditio, asseruerūt expresse dictā venditionem esse factā, z sic eas approbauerunt. qd probat. l. optimā. C. de contrah. z cōmit. stip. Ad idē facit ff. de edi. edic. l. quero. z ff. de inoff. test. l. nihil interest, z facit, qd no. ff. de neg. ge. l. Domponius, vbi ratihabitio facta absente parte sufficit. ¶ Restat videre, an ea que fuerunt per aduersam partē probata, aliqualiter obstēt. Et primo, deposuit Fran. Berarducij, qui nihil probat Z dictū Frácischinū, asserit eū non interfuisse eo presente: z dicit. q inde recessit, z iuit p̄o vino. z sic eo absente potuit fieri, z iz ipse dicat vera nō esse contēta in accusatione, dz intelligi eo tpe, quo fuit presens. De eo vero tpe, quo fuit absens, non probat: nec posset reddere rationē per sensum corporis: z sic non probat, cū sensu corporis debeat percipi, vt ff. de testa. l. q testamento. in fi. z ff. de mih. test. l. Lucius. z p Jmn. in c. cū causaz. extra de testib. z si aliter intelligeret, sequeret dictū testem esse sibi Z ium, z eius dicto non esse stādum. vt ff. de test. l. qui falso. Rosinus testis eadē ratione non probat, dicit eū se alias inde recessisse, z non semp fuisse. Falconetus, z alij testes clare non p̄o bant. Paulella, qui videt plus dixisse contra instrumētum, nihil probat. Nam cū instrumentū dicat factum certo tpe, ipsa de tempore nihil dixit. Unde potuit esse q vno tempore, scz quo illa fuit presens non fuit factum, z alio tpe, quo ipsa non fuit presens, fuit factum. sunt enim isti actus reiterabiles: ergo, zc. vt di z cto c. cū Joānes. extra, de fide instru. † Preterea posito, qd limitate loquať de loco, z tpe, non tamē ei credendum est: qz vilis est e persona ᵉ, z famula partis aduerse, vt patet ex actis: z sic nō esset ei credendū, vt in auth. de testib. §. fi vero ignoti. z qz hz contrarios testes homines tante fidei, z authoritatis, quante sunt illi duo fratres minores. Hieronymus, z alius testis nihil p̄o bant, prout ex eorū dictis apparet. Non obstat q dicunt alia vice nō interuenisse, nā non restringūt se q nō potuissent interuenire, quin ipsi vidissent z audissent, z sic simpliciter negāt, z magis creditur duobus affirmantibus, quā mille negātib⁹. f Idem p̄oferre. §. fi plures. z ibi no. de arb. Hec ob. q pbata est fama, qz p parte istorū pbata est veritas, que preualet omni opinioni. l. ij. §. si sub conditione. ff. p̄o emp. Nihil em̄ operat, qñ veritas est in Rem. l. cum quidā. z l. qd dicit. ff. de acq. here. z ff. de fur. l. inter omnes. §. per contrariū. z ff. de crim. expil. here. l. fi. Concludit ergo manifeste, q non erat probatū contra eos tm̄ q posuerunt condēnari. ¶ Nunc videndum est de citatione facta de g eis, q venirent ad confitendū ᵍ. Ad qd est sciendū, q statutū positum sub rub. qualiter procedenau est Z eum, cōtra quem probatū sit maleficium, loquitur, z vtitur his verbis, qñ aliqs maleficium probatū esset Z aliquam personam, per quā probationē possit, vel torqueri debeat secundū formam iuris, tunc iudex debet facere illū citari. Videmus ergo, an statutum illud p̄mittat illam potestatē iudici, qñ probationes sunt tales, q de iure cōi posset torqueri. Sed vt in precedētibus dixi, nihil esse probatum cōtra eos: sed quicquid asserū fuit Z eos, est expresse reprobatum: ergo talis citatio non potuit fieri: z facta nō valet, nec ex hoc potuerunt haberi, vt cōfessi. ar. ff. de fideicō. lib. l. cuz vero. §. subuentum. z ff. ne vis fiat ei. l. j. §. hec verba. Tū vigore talis citationis, z cōtumacie, non potuerūt, nec debuerūt de iure condemnari. ¶ † Super secundo est videndū, ex quo cōdemnati sunt, considerata condēnatione, z reseruatione predicta p̄fati condēnati sunt infames. ¶ Ad qd examinādū, videamus p̄imo quid importēt verba illius sñie, scz z predicta oia constant nobis de iure cōi esse, z fuisse vera per legitimas probationes testium receptorum coram nobis, z nostra curia: z j. sequiť, z etiam per eorū contumaciā, quos, z eorū quēlibet citari, z requiri fecimus, q certo termino iam elapso venire deberēt ad cōtēdum h maleficiū, z nō venerūt, vt hec, z alia in actis nostris, z nostre curie plene patēt. Ad que respondeo h, q dicta verba debent sic intelligi: scz copulatiue, z coniunctim. Ex predictis cōstare dixerunt per legitimas probationes sufficiētes ad hoc, q possent citari ad maleficiū confitendū, z p contumaciā postea secutam non possunt intelligi separatim, scz q de malēficio etiam cōstet per contumaciā: etiam non veniendo ad confitendū. Hec enim esset q̄dā repugnātia: qd sic pbo. Dicta citatio, qd quis veniat ad confitendū, fit quando quis posset de iure torqueri: vt patet ex verbis statuti. §. relati. Sed vbi constaret de maleficio plene p testes, quis de iure torqueri nō posset: cū de iure ad tormēta ueniat in defectū, pbationū: vt ff. de quest. l. diu⁹. z C. de quest. l. quoties. z declarat per Ly. de queir. l. fi. Ergo intelligēdo verba sententie, qd repugnantiam nō contineant, debent intelligi cōiunctim, vt dictū est. ¶ Sed posset dici, q imo debent intelligi separatim: qz in sñia apparet de iure: z qz in eo est expressum z in actis dicat contrariū, scz q iudex intellexerit disiunctiz vt patet ex actis factis die xxvj. Febr. in illo actu, qui incipit, Ex quibus omnibus, zc. Jdeoq; precedit dictā citationē: vbi dicit qd iudici visum fuit q posset ad condemnationem procedi tanquam si plene essent pbata: sed dubitationis tollende causa, p firmo habeas pbatū, taliter q de iure posset torqueri: ideoq; posset ad cōdēnationē: vt in actis apparet, Sed respondeo, q ex illo actu nō colligit contrariū: z sic id qd ā. dixi confirmatur. f † Ad qd est sciendū, q videre nostrū, seu intelligere, est duplex, Primo, qñ aliquid nobis videť, non tñ habemus certitudinez vtrū sit verū, vel nō. Secūdo, qñ nobis videť p certo, vel firmo, i absque dubitatione, vt no. gl. in l. fi extranei ⁱ. §. fi. ff. de acqui. he. Ita z in ppōsito, q iudex dixit, q visuz fuit sibi posse procedi ad condēnationē, hoc intelligit de illa visione dubia, de qua nō habeť certitudo: posteā dixit, q p firmo hz tantū esse probatū sufficit q possit torqueri: hic idubitater dicit nō esse probatū plene: sed tantū q sufficit ad torturā: intelligēda ergo sunt verba sententie coniunctim, z non disiunctim. ¶ † Hoc p̄emisso, 6 apparet q isti nō sunt condemnati ex veris, z legitimis, pbationibus: sed magis ex cōtumacia: qz nō venerūt ad confitēdū maleficiū, lz cōdēnatus ex ꝛtumacia nō sit ifamis de iure. C. de modo multarū. l. j. z ibi per gl. ergo isti nō sunt infames: qd apparet, qz magis ex contumacia, quā eo q deliquerint. sunt condēnati: vt ff. de eui. c. l. sed ideo. in pn. z l. quirepudiantis. z l. Papinianus. §. meminisse. in fi. ff. de inof. test. ¶ Hoc etiā patet: qz de iure cōi non reperiť q absens per contumaciam possit cōdēnari de crimine, de quo nō plene cōstet: solū ergo a statuto permittitur nec per statutū pena infamie irrogat: ergo predicti 7 iure nō sunt ifames. ¶ † Supere st ergo vt videam ᵏ: posito, q alias ista fuia ifamaret eos, an reseruatio fame aliqd operet: an i casu nostro, operatur aliquid. Hoc p̄o tāto dicitur, qz posset

quis

quis dicere, posito q̃ vere falsum non commiserint: tamen ex eo q̃ inde condẽnati sunt efficiunt infames: vt no. ff. de his qui no. infa. l. athletas. §. fi. Sed certe ille gl. loquunt, qñ cõdẽnati sunt tanq̃ vere faciẽtes, z q̃ de hoc cõstet vere: hic vero nõ sunt condẽnati quasi de hoc cõstet: sed p eorum cõtumaciam, vt dictum est ergo, ꝛc. Sed posito, q̃ essent alias infames: [k] Videamus de reseruatione ista. Cur em̃ qs iudex hoc facere non potuerit: vt ff. de fur. l. nõ põt, z ff. de iniurijs. l. diuꝰ. Veritas est, qs iudex hoc facere põt ex causa iusta, sed sine cã iusta nõ põt, vt ar. ff. de mil. test. l. ex militari, z de his, qui not. infa. l. quid ergo. §. pena grauior. z per Ly. C. de mil. test. l. 2 militibus. Videdum est ergo, an ista reseruatio fuerit facta cum cã legitima, ls in suia nulla contineat cã, tñ suia refertur ad causam, que colligitur ex actis, vt no. C. de sen. que sine certa quãtitate. l. hec suia. 2 ff. de re iudi. l. ait prætor. §. si iudex. z no. ff. de exce. rei iud. l. si quis ad exhibendum. Sic ergo inquirẽdum est, an ex actis aliqua iusta cã colligatur, z legitima, † Ad qs aduertẽdũ, qs iudex, qui talẽ suiam tulit, erat legũ doctor, vt p3 ex intitulatione suie, z sic in eo non præsumitur iuris ignorãtia, imo scire præsumitur. Cognoscebat ergo dictus iudex, q̃ predicti nõ erant condemnandi de iure, vt p3 ex actis, ls Titium alsereret. Si ergo iudex sciebat se partem grauare, iusta cã fuit reseruãdi sibi famã, vt d. §. pena grauior. z C. ex quibus caus. infa. irrog. l. 2 si seuerior. Ergo multo magis, qñ debuit imponi pena. † Preterea, qñ post condẽnationem de innocẽtia constat, iusta cã est, alias differendi executionẽ, z impetrandi restitutionẽ, vt l. j. §. fin. ff. de quest. ergo multo magis iusta cã est ante sententiam reseruandi famam, vt supra probatum est: ergo reseruatio huius est ex iustis causis, ls ille, cui fama legitime reseruata est, sine dubio potest admitti ad omnia publica officia, non obstante dicta sententia: ergo idẽ in istis. Non obstat predictis predicta declaratio facta post datã sententiam, per ipsum capitaneũ: qz fuit facta postquam functus erat officio suo, z etiam parte nõ citata, z sic non valet. l. iudex. ff. de re iudi. z fuit facta contra tenorem sententie, quod non licet. l. ab executore. ff. de appellatio. z ibi no. Bar.

ADDITIONES.

a Th. D. Queritur. Adde q̃ istud est consi. Bar. z do. Fran. Zigrini, z Agonis Pelloli, quiões consuluerũt in fauorẽ magistri Fracischini: z in isto propio casu Zuum consuluerũt do. Jo. Cal. de Bon. z do. Rico. de Reap. vt p3 in eorũ consi. q̃ inci. circa factũ. Et ita inuenit scriptũ in vol. Perusino. in 3. par. iudicionum, in cõsi. xxvj. z vide Jo. Cald. in consi. lj. in ti. de accu. qñ inci. iudex ex officio. z de isto cõsi. vide do. And. Barb. in l. fi. qs extraneus an prin. ff. de acqui. here. in apost. Bart.

b Auditu. Vide plene per Fely. in c. cum causam. de test.

c Per alios suppleretur. Vide do. Fran. de Cur. in tracta. de test. in 3. col. z in 3. concin. z ibi alleg. Bar. hic.

d Dicit, qs credit. Ro. dictum Bart. hic, qs licet testis deponens per verbum credo. qs est verbum dubitatiuum, regulariter non probat. sm gl. z doc. in l. testium. C. de testi. z in l. ũ. §. pe. in verb. audierunt. z ibi Bar. ff. de aqua plu. arce. cũ concor. imo fortius si testis dicat se pro certo credere, adhuc nõ pbat. Tex. est in c. tertio loco. in ver. testes deponunt. extra de præsum. per quem tex. ita dicit Bal. in l. haue possidetis. C. de prob. tñ Bart. hic vult, qs si testis ad factum principale dicat assertiue, ls quo ad alia incidentia deponat per verbum, credit, nihilominus dictum eius non vitiatur. Ita dicit Bar. hic, qs est sing. not. z sic limita predicta. Facit, qs no. in consi. xvij. in 4. vol. inci. Iannutius. Et predicta sunt notanda ad dicta per Fely. in c. quoties. de testib. vbi ponit plures limitationes ad regulam predictam. z ad Jaso. in l. j. in prin. ff. de iustitia z iure.

e Famula. Vide Lud. Ro. in consi. cccl xxij. inci. quo ad primũ. z consi. cccxx. presupposita.

f B. L. Quam mille negantibus. Pro hoc est gl. sing. in l. die proferre. §. si plures. ff. de recep. arbit. quam ad hoc dicit singula. Oldr. de Laud. prout refert z sequitur Rico. de Reap. in l. j. in prin. ff. de vent. inspic. z illam limitat ibi, vt procedat, quãdo negatiua illa non est probabilis. qz alias secus. z ita refert z sequitur Zinc. Corsi. singu. suo inci. duo testes.

g Th. D. Confitendum. Vide per Bar. in l. absentem. ff. de pe. z supra in consi. in ci. a domino Ly.

h Respondeo. Vide Ang. de are. in suo trac. maleficiis. in versi. qz vobis constat. Cui adde Bar. in hoc consi.

i Extraneum. Vide apostillam ibi.

k B. L. Infames essent. Vide Jo. Cald. consi. j. tit. de accusa.

l Th. D. Videamus. Vide Bar. in l. si quis in principio testamenti. §. fi. ff. de leg. iij. z Bal. Pau. de ca. z Pe. Cor. in l. z limitat bus. C. de test. mili. z ibi vide Moder. z Bart. in l. diuus. in §. fi. vbi dixi in apostil. ff. de iniurijs.

CONSIL. CXII.

Si vnus accusat de turbata possessione, qz intrauit, ꝛc. z ille dicit, q̃ intrauit tanquã in rem suam: qz fuit aui sui, z probat. tamen si accusator probat antiquiorem possessionẽ, debet obtinere. Item, quot modis dicitur quis turbare possessionem alterius, z quando tenetur de turbata possessione.

1 Turbatio possessionis quot modis fit.

2 Turbatio includit in se molestiam.

3 Turbationis ad delictum de iure requiritur, vt acquirat possessio per eum, qui vim infert.

a Quidam accusatus de turbata possessiõe, qz turbauit, z molestauit Titiũ in vna petia terre sue p eũ possesse intrãdo. z cundo per ipsam Z eius voluntatẽ aio turbãdi. Ad que rndit dictus Titius se intrasse, non animo turbãdi, sed tãq̃ in re, z p rẽ ad se pertinentẽ, que fuit talis sui aui, z p eum possessa, q̃ partes ambe probauerũt possessionem, ls diuerso tpe. Queritur, an accusatus debeat, z possit cõdemnari. Super quo dico, qs dictus accusatus cõdenari põt, z debet, p iura, z rationes sequentes. Nam ls ipse accusatus de possessione probauerit, non prodest ei, qz accusator probat antiquiorẽ possessionẽ, vt patet per testes, ergo condẽnandus venit accusatus, vt ponit Ly. in l. j. C. vti poss. Sed restat videre, quo põt condemnari ex eo solo q̃ intrauit, z iuit per ipsam petiam terre, cũ non dicat arando, seminãdo, sapãdo, vel aliter impediẽdo: z ls super hoc sit satis allegatũ, tñ clariꝰ ostẽdo. † Dico em̃, q̃ turbatio est quedã species

1 delicti habens plures differentias. Põt em̃ fieri arando, seminãdo, sapãdo, vel aliter impediẽdo. possessionẽ super alieno fundo: vt ff. vti poss. l. ij. duo. z in l. j. §. qs ait. Item, qñ ipse possidere contẽdit. vt l. j. §. sed z si. ff. eo. z no. Jmo. in c. suborta. de re iudic. Cũ non solũ arare, colere, z seminare: sed etiã alij actus, qui oẽs in iure cõprehendi non pñt, nec potuerũt, cum plures sint, res, negotia, quã vocabula. l. plura. ff. de præser. ver. Dico ait, q̃ iste introitus, z accessus est modus, vt qs dicat turbare quẽ in possessione p transitũ, z aucupandũ, venandũ: op3 precedere p hibitionem dñi: seu possessoris rei: vt Justi. de rer. diui. §. plane. j. z ij. z l. diui. ff. de seruit. alias non vr turbare, vel molestare, nisi per aliam actum facti, vel verbi denotetur actus turbatiuus. Hiã prohibitus z illicitus est de iure. l. iniuriarum. §. fi. ff. de iniu. ergo iniuriaris mihi, z molestas me p talem introitum: vt p3 ad sensum, dum tu vteris re mea illicite contra voluntatẽ meã. Nec põt dici, qs hec iniuria nõ sit molestia: cũ per hoc mihi ius accusandi comperat: vt dictis iuribus. z hoc plus demonstrat facto ipso, z clarius, quã possit per iuramentum. Turbatio em̃ includit in se molestiam, z impedimentum rei: vt Justit. de interdic. §. retinende. z hanc turbationem ostendit magis responsio dicti accusati, dicentis se possidere, z possessionẽ ad se pertinere.

2 Nam dicẽdo me possidere, turbo te. † Nam ista sunt partiatur bare, z possidere, z contendere: vt ponit Ly. in d. iniuriarum. z dixi in d. l. si duo. ff. eodem. Unde satis colligitur dictum Titiũ turbatum ex animo, z intentione sua, z sua rũsione, z animus in

3 spicitur in delictis: vt l. j. ff. de sicariis. † Item specialis casus est, qs ibi ad delictum, turbationis de iure requiritur, vt acquiratur possessio per eum, qui vim infert: z ibi solus introitus nõ punitur: si non aduocetur possessio, vt l. creditores. ff. ad le. Jul. de vi priua. ergo est in contrarium ius cõmune: sed in casu, vbi contra intrantem, vel impedientem, competit hoc interdictum, requiritur quod turbans sibi possessionem acquisuerit: vt per Ly. in d. l. j. C. vti possid. z dixi in l. j. §. hoc autem. z ibi not. ff. eo. ergo, ꝛc. Bar.

ADDITIONES.

a Th. D. Quidam. De isto consi. vide Philip. Dec. in causa appellationis. z in l. fi. C. de edi. diui adri. tol.

b B. L. Turbatio. Vide pau. de Ca. consi. cxcj. z ccxxvij. Bal. consi. ccxxxj. j. lib.

CONSIL. CXIII.

Si in accusatione adulterij testis dicat, q̃ est publica vox, z fama adulterij cognouisse z qs vidit eos in actu propinquo committi, non probat adulterium, nisi primo probet matrimonium fuisse inter adulteram, z eius maritum: z dictus testis non trahitur ad consequentiam.

1 Adulterium committitur cum nupta.

2 Plura quando requiruntur, non sufficit vnum adesse.

3 Matrimonium non probatur per famam.

4 Statutum disponens, qs aliquid possit probari per famam, est contra ius commune.

5 Verba enunciatiua omissa propter aliud principaliter, z non propter se, non inducunt dispositionem.

6 Dictum testis, qui deponit super iure, non valet.

PRocessum est contra Titium de adulterio, qđ commisit cum Berta vxore Joānis: testes eo modo, quo phari pōt adulterium: pbauerunt, dicentes qđ est publica vox, z fama Titium cognouisse Bertam, vxore talis: z qđ viderunt eos in actu propinquo cōmitteri, &c. querit, an sit pbatum adulterium? Et certe non. † Nam de iure cōmuni adulteriū est: z committitur cum nupta: vt ff. de adulte. l. inter liberos. §. l. Julia. z eo. ti. l. si vxor. §. diuus. z de verb. sig. l. inter stupri. ff. de adul. l. pter. cum si. Et eodem modo dr dici ex forma statuti. Requirit ergo, sm formam statuti, z iuris communis: q illa fuit vxor tempore adulterij commissi. Hoc probatur in l. si vxor. nō fuerit. in prin. z §. j. z ij. ff. de adul. Ad idē, qđ dicimus de actione rerum
a amotarum, que datur cōtra illam, que vxor fuit. a Oportet em ante oia pbare, q vxor fuit: vt ff. rerum amo. l. si cōcubinā. in princ. Ad idē l. pretor. §. docere. ff. vi. bon. rap. z l. §. vt illud. ff.
2 ad Sil. ibi, igitur, &c. † Quoties em plura requirunt, nō sufficit vnum adesse. ff. de admi. tut. l. tutor, qui repertorium. §. pecunie. ibi, docetur ergo, &c. de tut. z ra. distr. l. j. §. preterea. ibi, vtimur, &c. de diuor. l. fi. de itin. actuq; pri. l. j. §. hac aūt. de bo. lib. l. si pa
3 tronus. §. si qs. ff. de transa. l. cū hr. §. n. pretor. † Sed p ea q̄ ostensa sunt, non videtur pbatum de matrimonio, seu qđ Berta fuerit vxor tempore delicti: ergo, &c. nam de iure cōi matrimonium
b nō pbatur p famam, vt in c. illud. extra de psump. Non em pbat fama p se in aliquo, gl. iij. q. iij. can. si testes. ver. sepe etiā sine publi. in verbo, fama. Aut ergo dicimus, fama de matrimonio pbat, z nil releuat. Nō obstat statutū, ibi dum dicit, qđ in omnibus casibus predictis possit pbari per famaz, &c. q̄ dat formam pbationi delictorū in illo statuto compzhēsorum, nō aūt ℣ctuum, vel negotiorū, sicut est contractus matrimonij, qđ pz ex verbis ipsius: ergo, &c. q̄ p precedētia, &c. l. heredes palā. §. sed z si notam. ff. de test. z l. si ierus plurium. §. n. de legat. j.
4 † Item non pōt dubitari, qđ dictum statutū nō est cōtra ius cōmune. nam in delictis pbationes debēt esse luce clariores, vt l. sciant. C. de prob. cū si. Ergo est restringēdum, nec trahēdum ad cōsequetias. l. qđ vero. ff. de legi. z l. que propter necessitatez. ff. de reg. iur. c. qui a iure cōi. de reg. in. ii. vi. Hinc est q̄ actio rei persecutoria sit annalis lz de sui natura sit perpetua. l. in bonoratijs. ver. sed cum rescissa. ff. de actio. z obli. Ad idē q̄ facilius tollitur priuilegiū quā ius cōe, vt in auth. de non alie. §. q̄ veri
5 simile. ff. de testa. mil. l. eius militis. §. militia. † Non obstat si testis dixerit, qđ dictus Titius cognouerit vxorē Jo. &c. q̄ ista
c sunt verba enūciatiua, e remissa propter aliud pricipaliter, z nō propter se, que non inducūt dispositionē, arg. l. predijs. §. Titio. ff. de leg. iij. z qđ no. Jmm. extra de offi. dele. c. cū in iure. p doct. in l. optimam. C. de contrah. z cōmitten. stip. z Spe. de fide instr. §. restat. ver. si vero, &c. z hec est alia ratio, quare, posito q̄ de tempore dixissent, q̄ non est pbatum matrimonium, ideo nō probetur adulterium. Si autem diceretur, qđ eo ipso quod testis dixit de adulterio, videtur dixisse de matrimonio, sine quo adulterium non pōt esse, leuis est responsio: q̄ si sic intelligeremus, sequeretur qđ testis partes iudicis assumpsisset. Debet nāq; super facto deponere, non super iure, † alias eius dictum no valeret, secundum ea que colliguntur in auth. de her. z fal. §. si vero absunt, z no. Jmmo. extra de testi. c. cum cām. z per Spe. de teste. §. nunc tractandum. ver. quid ergo si qui petit fundū, &c. z ver. officium nanq; testis, &c. Ad quod facit. vnj. q. iij. cano. Art. aldus, z ibi no. z quod no. de verb. o. obl. l. stipulatio ista. §. hi quoq; in gl. arg. est ad ista iij. questio. ix. c. pura. z simpler. z ideo non expedit aliquid dicere an probatio istius matrimonij in casu isto facta cozam laico valeat, cum facta rite non fuerit. ¶ Item aduerte. q̄ negauit accusatus omnia, z singula, &c. z sic videtur negasse matrimonium, &c. Ellia, vt ff. de rebus dub. l. si is qui ducenta. §. vtrum, &c. Bar. a Saxoferrato.

ADDITIONES.

c rium succederet sibi,admitteretur tamen vt legitima,licet sit exclusa vt filia. Casus est ff.de suc.edi.l.j.§.sed videndum. Tertio considerandum est,q prescrip.xxx.ann.nō currit,nisi post pupillarem etatē.l.sicut.de prescript.xxx.ann. Unde aduertendum est,an de ducto tempore pupillaris etatis.remaneant xxx. ann.si remanent,habem⁹ propositum:si vero cucurrerint,ad hoc est aduertendum.si restat quadriennium post completam prescriptionem.tunc adhuc posset peti restitutio. Nam temp⁹ petende restitutionis currit solum,post prescriptionem completam.secundmu opin.Bul.ff.ex qui.caus.maio.l.ab hostibus. §.sed q simpliciter.Et ex his manifeste liquet,quid agendum
b sit dicte domine.d

ADDITIONES.

a Th.D. Quidam alias incip.Titꝰ habens vxorē.z hoc consi.vide Alex.in cōsi.cxxvij.in iij.vol.z in l.licet.C.de in.&lib. in apost.in vers.licet.in fi.z in l.qui totā.z in l.qui aliena. §.z si vēdiderit ff.de acquir.her.in apo,Bar.z vide And.Barba.z in l.gerit.ff.eod.tit.in add.Bar. Phil.Dec.in l.non hoc.in fin.C. vide cognati.z Joā.Firm.in suo reper.in ver.prescript.q̄ quos vbi facit mentionem de isto consi.Bar.

b B.Lan. Administratore filie. Quādo pater retinēdo dotez materna videatur retinere administratorio nomine filie,adde Bar.in gō.sua incip.debitor in die.Bau.de Last.cōsil.cxxvij. z cccx.vbi dicit q Bal.in pluribꝰ locis reprobat Bar.z cōtra rium etiā tenet Ang.cōs.suo cccx.incip.an pater. Ad eā vera partē vor cōcludit q licet filia sit exclusa prescri.xxx.an.secūdū cōmunē opinionem de quo etiam per Bau.de Last.cōsi.cccxc.tenet q habebit alios triginta ex successorio edicto.addite,quod idē tenet Ang.z Bau.de Last.in l.licet C.de in.del.z in l.quādiu.ff.de acquiren.hereditate.contrariū eius,quod supra consuluit est,videre j.consi.clij.vide nouis.in l.j.C.qui admit

Tho.Vide Bald.in l.licet C.locati.z ibi Alexā. vol scripsi in addi.meis.

c Th.D. Succedere.Vide Bal.in d.l.licet.C.de iure delibe. vbi facit mentionem de hoc consi.Bar.z ibi vide in addi.Alex. z ibi vide Jas.in fin.vbi etiam scripsit.z vide Alex.in l. quādiu. ff.de acquir.hered.

d Dicte domine. Adde,q domi.Frāc.de Albergo.de Aretio tenuit z scripsit contra hoc consilium Bar.prout in fine consi. apparet,z istud inuem in consi.vlt.in iij.parte consiliorū Berusiorum de vlt.vo.inuat.

CONSIL. D FRAN. TIGRINI.

Adde quod do.Frācis.de Aret.de Albergo.tenuit,et scripsit q istud consilium Bar.hic videlicet. Predicte rationes bar.quantūcunq; sint decore,videnꝫ concludere q veritatē.Et primo quidē rationi scripte ex d. l. qui in aliena, respōdet.q illa lex loquit qū interuenit possessio rerum hereditariarum,quo casu circa qualitatem actus possidendi versatur presumptio videlicet vtrum posse derit,vt heres, vel aliter: sed in casu nostro nihil possedit. Tamē oportet absolute presumi actū aditionis nullo alio precedente actu: facilius autē presumitur qualitas,quā substantiam:dem potius quam presumatur id gestum esse de quo nihil apparet.i.sciendum.cū sua materia.ff.de verb.oblig,z ar.l.j.circa princ.C.de rei.vxo.act.Et q ibi not.Et si dicat,q debitor intelligitur aliquid gessisse ex eo, quia videtur possidere hereditatem verbaliter,z respondetur, quod re vera nihil possidet,licet improprissime videatur possidere.Sed illa l.qui in aliena.nō loquit de tali possessione; quia verba legis debent intelligi proprie,z non abusiue modo,i.tē pretor.in primci.de suis,z legi.Corroboratur autē dicta respōsio.ex discooperatione effectus huiusmodi possessionis.Nam possessio quā habet debitor,non potest simul stare cū actu adeundi.Contraria enim sunt:quia per additionem debitum extinguitur,z eius possessio remouetur:nō ergo potest dici,quod possessio sit inductiua additionis:quia sic esset inductiua sui oppositi, quod nō pōt esse:quia contraria se mutuo tollunt.z non inferunt possessionem.Unde quanto longior datur possessio debiti,tanto magis concluditur interim non esse aditam hereditatē Unde,q diuturnitas possessionis operatur in alijs possessionibus in isto operatur contrariū.Non obstat quod qui cessat in restitutione debiti,videt velle sibi lucrari debitū:qꝫ hoc nō videtur probari.Preterea,nec est verum q tacente hereditate creditoris,debitor videatur cessare,vt probabit. Ite, non obstat ratio eorum delictū:quia ista ratio tollitur expresse, per l. pecunie fenebris.ff.de vsur.z q no.in l.fi.§.gl.ff.de nau feno.quia non est in mora debitor,donec iacet hereditas creditoris. Non ergo obstat l.q in aliena.pmemorata respōdet,quia penitus alio casu loquit. Preterea d.l.merito.per quā ipse mouetur, loquitur in illis dubijs actibus,qui nisi interponerētur aliter inducerēt dolum:sed mora non presupponit necessario dolum. Nā esse potest ex sola culpa,l.q te.ff.si certum petatur. Preterea quicqd sit aditio hereditatis facti est,z factum requirit,quod aut nihil faciendo dicamus,quem aliquid fecisse,est diuinare,z cōtra regulam,q facta non presumim⁹. Et sic respōdetur ad d. l. merito,quia loquit de interpretatione actus facti, nō autem quod presumatur factū esse aliquid,nisi factum apparet. Secūda ratio Bar.per quam dicit,quod ista filia excludit primo, spatio xxx.ann.a iure succedendi,vt filia:sed postea admittit, vt legitima,nullo modo est vera. Primo,quia edictum successorū de filio legitimo,non habet locum in hereditate materna:sed solum habet locum in his,qui sunt sui heredes,vel fuerūt,id est, qui sunt,vel fuerūt in potestate defuncti. Et ita ille tex.quē ipse

allegat

ille gat expresse loquit, z habetur in l. si quis ex his. ff. vnde lib. z ibi not. in j. gloss. z C. de iure. z legit. l. fi. z no. Azo in summa. C. de succed. edict. Ite illa iuris dispositio, de qua habet in tit. de succed. edict. z maxime in illo §. sed videndū. habet locū in succes sione iure pretorij: quia illa successio defertur duplici iure filijs, z ex duplici capite: sed in successione de iure ciuili consequenda non loquitur, quia illa de illo iure non defertur filijs, nisi vno iure videlicet, quia filij, z descendentes, z si illi iuri repudiat, seu ab eo excludere tur, non supereſt aliud ius de iure ciuili quo ad mittat, maxime hodie: quia sublata est differentia sexus agnationis z cognationis, z defertur successio sub naturali designatione personarum, vt in auth. de succes. ab intestato, z in illo titu colliguntur rationes satis clare. Facit C. de repud. hered. l. ficut. z l. si. Successio aut ē iuris pretorij, in casu nostro non potest habere locum: quia ex qualibet sua spe est exclusus tpe: quia multi, z multi fluxerūt anni. Item edictū successorium habet locū in iure succedendi, q̄ est annale, z fauore edictorum est inductū, q̄ in successione xxx. ann. spatium esset frustratorie, prisum: q̄ interim esset prescriptū iuri agendi: non ergo de his successionibus loquitur edictum: illud argumentū probatur ratione de succes. edict. l. prima. in princ. z q̄ no. Azo in summa. eod ē tit. Tertia ratio sua per quā dicit, q̄ tempus minoris etatis inter calat: seu deducitur de tēpore prescriptionis tricennalis, est vera in iure. sed non facit ad factū: q̄ post mortē matris siluit filia vltra ann. triginta post pubertatem. Quarta ratio, per quā dicit, q̄ tempus quadriennij petende restitutionis hoc casu non inchoat, cum minor est effectus maior, vel cum prescriptio fuerit consummata in maiori etate, argu. eius q̄ not. secūdum opinionē Guliel. in dict. l. ab hostib⁹. §. sed quod sim pliciter. ff. ex quibus caus. maio. quia illud tempus initū ista quadriennij. per l. petende. z l. fina. de tempo. in integrum resti. pet. z semper dicitur, q̄ intra xxix. ann. debet peti restitutio, nisi in casu l. fi. C. de repudi. hered. Ité non restituit minor aduersus lesionē, que consummata est in maiori etate, nisi necessariaz consequentiam trapat a gestis minori etate, l. iij. §. j. z §. Scio. z q̄ ibi not. ff. de minoribus. Hanc partem expresse tenet Ly. in propijs terminis nostre q̄stionis. in l. q̄ tempore. C. de restitu. milit. i integ. in nona questione, vbi determinat, quod si prescriptio triginta annorum inchoauit in persona minoris, quod im possibile est eum aduersus eā restitui: quia consummat in maiori etate. Franciscus Tigrini de Pisis.

CONSIL. CXXX.

Si pater dotet filiā, z stipulat sibi dotē restitui in casu quo solueret matrimoniū morte viri, sine filijs, an eo mortuo cū filijs, dz restitui dos, vel cedat lucro viri mortui, velei⁹ filijs.

1 ℣ Marito decedente cum filijs, filij retinēt dotē, tanquā pro hereditate matris.

2 Pater plus diligit filiam natam, quam filios nascituros: z est sumptio iuris.

a PAter dedit dotem p filia, z stipulatus est dotem sibi reddi soluto matrimonio morte viri, sine filijs: contigit, q̄ est solutum matrimonium morte viri, cū filijs. Modo quer̄itur, an dos data cedat lucro viri, quia non fuit cōcepta stipulatio aliqua in casu pacto, vel an debeatur filijs tā quā de hereditate matris, adeo quod in casu omisso dos fuerit mulieri quesita. Et est argumē. pro parte aduersa, q̄s debeat cedere lucro viri. Et dicit esse casus in l. inter socerum. §. cum inter. ff. de pac. do. Ad hoc respōdetur, q̄ veritas est in contrarium. Casus est in l. si cum dotem, in princip. z l. filie mee. ff. solu. matrimo. z C. de rei vxo. act. l. vnic, in pun. §. videamus. z §. accedit. nō obstante §. cum inter. Pal. qui bi loquit. quando vir fuit expresse stipulatus in casum aliū z ita debet intelligi ter. d. §. cū inter. Sed contra predicta videtur tenere Dy. q̄s in c. q̄ ob gratiam. de reg. iu. lib. vi. z Ly. in l. q̄ fauore. de legi. Sed respondeo, quicquid ibi dicatur secundum Dyn. tamen Ly. consuluit vt supra diri. Et quod debeat intelligi d. §. cum inter. vt supra dixi, tenet Oldr. idē etiā tenet Jaco. de Bel. q̄ disputauit hanc questionē ad literā. z ita respō

1 det ad d. §. eum inter. † Vel potest aliter respōderi, quod vir retinet dotē pro filijs, scilicet tanquā pro hereditate tue matris, z dicta opinio dicti Jac. de Bel. probatur expresse ff. de heredibus instit. l. Lucius qui fratrem. cū sua gl. vbi si pater grauat filiū. si decesserit sine filijs, in casu in quo haberet filios, non videtur sibi prudere: sed solum filio suo, vt faciat quod vult, ita in ppōsito, videtur prouidere filio. z non liberis. §. Pro hoc fa

2 cit, quia presumptio est, † quod pater diligat plus filiam, quā tunc habebat, quā filios nascituros ex eo, in quos nulla cadat affectio, vt not. in l. qui filiab⁹. de leg. j. Ad idem l. Publius. §. Titia codicillis. ff. de cōd. z demō. Et per hoc si filia esset iuris sui, posset de illa testari, nec cedit lucro viri, cū etiam dos dicatur propriū patrimonij si mulieris, l. iij. §. sed vtrum. ff. de mino. ibi no. Et que dixi §. credo veriſſima, z eam teneo in d. l. si cum dotem. in prin. vbi retuli qualiter Dy. consuluit. Preterea, omnia, que §. dicta sunt, nō sunt necessaria in causa simili, nec facit aliquid dictus §. cum inter. Nam si bene inspiciant verba instrumenti dotalis, z stipulationis interposite super dote, ō qua est questio, Saulus pactus fuit expresse sibi stipulatus in omnē casum, quo dos restitui deberet, z sic cum verba sint clara, nō debemus, ꝛc. l. ille, aut ille. §. cum in verbis. ff. de leg. iij. Et sic posito pro constanti, quod non esset verum quod supra dictū ē: sed potius q̄ allegatum est in contrarium: tamen nihil facit ad propositum. Et sic non obstantibus allegationibus factis in contrarium, siue habet locum stipulatio, siue nō, siue remānerit illa dos filijs mulieris siue in hereditate mulieris dicta dos data de iure spectat ad dictum patrem, vt plenius in allegatione

b est dictum⁹, ꝛc. Bar.

ADDITIONES.

a Th. D. C Pater. Adde bar. in l. si cū dotē. in prin. z ibi Bal. Alex. z doc. ff. solu. mat. z ibi apostillam in verbo, cū inter. z ibi scripsi, z vide apostil. Alex. ibi, in ver. bonis. vbi plene ō isto cōsi. z vide do. Alex. de Imo. in l. in quartam. ff. ad legem Falcid. z bo. Andr. barba. in cōsi. xxxvij. ij. vol. inci. scribitur sapienter.

b B. L. C Est dictum. Quia superior consultatio est difficilis p̄pter intellectū d. §. cum inter. qui facit Doc. vsque ad hec tempora ambulare super glacie: tamen licet Bal. Ang. z Imo. in d. l. si cū dotē. teneant contra Bar. Pau. Castrensis tamen ibi, et Bal. in aut. sed si quis. C. de secund. nup. z l. pro hereditarijs. C. de hered. act. z l. quoniam nouella. C. de inoffi. testa. z Bal. in l. si extraneꝰ. z in l. q̄ scitis. tenēt, q̄ dos spectet ad heredes mulieris, q̄n pater stipulatus est, sibi ipsi: secus si filie. videte plene not. in d. l. si cum dotem. z que ibi posui in apost. ad Bar.

CONSIL. CXXXI.

Si annus relinquit nepti ex filio dotē, z possea pater dotet, an p̄sumit istud relictū factū contēplatione neptis, an vero contemplatione filij: z an ista dos debeat cōputari filie in legitima patris sui, z bonum consilium ponit hic Bar.

1 ℣ Annus relinquēdo nepti pro dote, in dubio p̄sumitur fecisse contemplatione filij.

2 Legitime debent computari dos, z legata.

PRimo arguitur, quod dicta domina Mignutia licite petat dotem sibi ab auo relictaz, quia hoc videtur sibi relictum contemplatione sui patris, vt ff. de iur. dot. l. annus. Si igitur pater dotauit filiam, videtur dotasse de suo, z filie remanet actio ad petendum relictum sibi factum ab auo. l. fin. C. de

1 do. promis. † In contrarium, videtur, quod relictum quod fecit annus dicte filie pro dote, fecit, z feciſſe p̄sumitur in dubio

a contemplatione filij⁹, propter istum filium, non propter neptem. l. dedit dotem. ff. de collā. bo. z ibi etiam expresse tenet Ja. de Are. Et hoc est veriſſimuz, maxime, in casu proposito, vbi ponitur, q̄s od neptis non erat nata tempore mortis aui, z sic non potest dici, quod propter affectionez, quaz annus habebat ad eam, sibi reliquisset, sed soluz cōtemplatione filij dictā dispositionem fecerit, vt fideicommissum, quo dictus filius erat gravatus diminueretur in illa quantitate, que dicte filie erat post mortem ipsi filie relicta: perinde est ergo ac si diceret, quod filius grauatus de dando dotem post mortem suam, dotem dedit in vita, quod sufficit ad liberādum ipsuz, z succesſores suos l. Lucius. j. de lega. secundo. z ad legem Falci. l. cum quo. §. fi. z ff. de bo. li. j. z §. si deb ta. versi. sed z si non mortis. z C. de fidei commiſ. i. post mortem. Et hoc q̄ ipse filius erat grauatus de dando ipsam dotem, tanquam a se profectam, z sui causa, quia erat obligatus ad ipsam dādam, vt §. probatuz est. Ex quibus concluditur, quod dicta domina Mignutia que fuit dotata a patre, non potest petere relictum sibi factum ab auo. Consulo tamen quod in processu fiat articulus, quod dicta Mignu

2 tia fuit concepta, z nata post mortem aui. † Super ep vero, q̄ per dictam Mignutiam petitur supplementum legitime, sciendum est, quod in legitima debent computari dos, z legata. l. quoniam nouella. C. de inoffic. testamen. Item, quod dicta legitima intelligitur tertia eius, quod haberet ab intestato & ducto ere alieno, z funeris impēsa. l. Papinianus. §. quarta autem. ff. de inoffic. testamen. z in auth. de trien. z semiſ. in prin. z de inoffi. testam. auth. nouiſſima, z ideo in ista questione fiāt positiones, z articuli ad probandū, z probant res alienate per dictū Comminū, z debita contracta per eum, z inter alia assignet pro dicto fideicommisso, quo dictus Cōminus tenebatur dicto

Mattheo, quod venit detrahendum antequam fiat cõputatio dicte legitime. l. in imponẽda, ꝛ l. irritum. C. ad legẽ Falcidiam quo facto clare apparebit, nil ꝙ sibi debetur ꝓ̃ supplemento legitime, ꝛc. Ego Barto. de Saxo ferrato consulo.

ADDITIO.

a Ber. Lan. ¶ Contẽplatione filij. Quod annus dotando neptẽ dotet contẽplatione filij, addite ꝙ idem tenet ℙaul. de Castro, cõs. ccc.xxxvij, ꝛ Ang. cõs. lxxv. incip. saluditer. ꝛ optime, ꝛ in al leg. ibi ante predictum consi, cuiusdam do. Jo. de Recis.

CONSIL. CXXXII.

Si statuto cauetur, ꝙ marit⁹ debet lucrari tertiã partem dotis. ꝙ percepit soluto matrimonio ꝑ obitum vxoris, nõ relictis filijs ex matrimonio, tũc marit⁹ debet etiã lucrari tertiã d̃ dote nõ soluta, ꝛ ẽt premissa ꝑ patrẽ, ꝙ fuit in mora soluẽdi.

1 ℣ Statutum, ꝙ vir lucretur partem dotis, habet locũ etiam in dote promissa.

2 Actionem q̃ habet ad petendum, non dicitur vere percepisse, sed ficte ꝛ interpretatiue.

3 ℣ Nomina debitorũ possunt esse dotes: ꝙ possunt dari in dotez.

a Statuto a ciuitatis Eugubij cauet sic, ꝙ si mulier nupta decesserit sine filijs relictis ex ea, ꝛ viro suo: vel etiã nõ relictis liberis masculis, vel feminis, suo tñ viro viuẽte, ꝙ dict⁹ cl⁹ vir libere habeat, ꝛ lucret sibi tertiã partẽ dotis. qua recepit in reb⁹ mobilib⁹, ꝛ immobilib⁹, estimatis vel inestimatis, ꝛc. Contigit ꝙ Rigotius, ꝛ fratres eius fuerũt confessi se habuisse mille libras ꝓ dotibus domine ℙaulelle vxoris dicti Rigoth, ꝙ dotẽ premisit restituere vxori, vel eis⁹ heredib⁹, ꝛc, vt cõstat manu talis, ꝛc, demũ eadẽ die, ꝛ anno p̃dic. Val. pater dicte ℙaulelle promisit dare dicto Rigotio, ꝛ fratrib⁹, de dicta summa, ccc. libras, ac expeditũ reñdũ dare ix. die mẽsis Junij ꝛcto matrimonio solute fuerũt Rigotio, ꝛ fratrib⁹ dicte ccc. libre, matrimonij tanto tẽpore durauit, ꝙ eius pfuz est tẽpus dicte solutionis, scilicet, nona die Junij demum matrimonij solutũ est morte paulelle, sine filijs. Querit, an marit⁹ habeat tertiã partẽ dotis sibi solute tantum, an tertiã integre dotis. Verbis statuti diligenter inspectis, † Dubiũ huius quẽstionis pendet ex hoc, ꝙ statutũ dicit, ꝙ vir lucretur de eo, quod percepit, sed nõ percepit. licet fuerit promissum: ergo non

b debet lucrari⁹. quia verba statuti debẽt stricte intelligi, ꝛ ad aliũ casum nõ expressum nõ porrigi, l. si vero. ff. de viro. ff. sol. ma. ꝛ

2 ff. de leg. j. l. in his, ꝛ l. qõ vero, ꝛ l. quid. de ver. obli. † ℙreterea qui habet actionẽ ad petendum, non dicitur percepisse natura liter rẽ ꝛ ꝓprie, sed ficte, ꝛ interꝑtatiue, l. qui actionem. de reg. iur. ibi not. ꝛ l. minus est. eo. titu. ℙreterea, ꝙ de dote promisa non lucretur, videt casus in corpore in aut. de non eli. secundo nub. ff. pe. In contrariũ est illa veritas, quod vir lucrari debet tertiã partẽ dotis promisse, ꝛ sic probatur. Certũ est, ꝙ ꝑ cursum diei apposite doti, fuerit in mora soluendi dictus bal. ꝛ sic per eũ stetit quomin⁹ solueretur. ℙerinde debet ergo haberi, acsi dicta dos esset pcepta, ꝛ cõditio statuti impleta, l. Habeo scribit, si mihi bibliothecã. ff. de contrahẽ. empt. ꝛ l. in ꝑecu. ff. fi. ꝛ ff. de ver. ob. ꝛ ff. de cond. ꝛ demon. l. iure ciuili, ꝛ per Dy. in c. imputari, ꝛ c. cũ non stat ꝑ eñ. de reg. iur. lib. vj. ℙreterea, ꝓ hoc casus est expressus in terminis nostris, in aut. vt exac. inſrã. do. ff. fi. ꝛ no, in aut. de non elig. secũdo nub. ff. pe. in gl. mag. Nã ille ꝙ quẽ stat quo min⁹ dotis solutio fiat, quantũ ad ista lucra habet solutio ꝑ perfecta, etiã vbi vere solutio requirit, alias sequeretur ꝙ esset melioris conditionis debitor morosus, quam qui fuisset diligens, ꝛ soluendo, contra l. non solum. ff. de noxa, ꝛ

3 l. Seru⁹. ff. qs vi aut clã. ℙreterea, † hoc probatur per aliã rationẽ. Certũ est, ꝙ nomina debitorũ possunt dari in dotẽ, ꝛ dos esse, vt l. qui se debere. ff. de condi. ob cau. ꝛ l. si donatari⁹. eo. ꝛ de iure do. l. ꝛ si debitor. solu. matr. l. si ꝓior, de re iudic. l. Wesenni⁹. Istud ergo nõ pot negari, quin hoc nomẽ debitoris, scilicet obligatio istius patris, sit in dote, ꝛ ex hac dote istã obligatio nẽ vere pcepit, vt l. ij. ꝑ. queniſſe. ff. de heredit. vel. act. vend. l. si ꝓior. ꝑ. bone fidei. de peti. her. ergo istius iuris seu obligatõis iste vir debet lucrari tertiã. Et ex his patet respõsum ad omnia contraria, ℙreterea, confitendo sibi solutionẽ, sustulit obligationẽ, ꝛ nouauit eã in secundam, ꝛ sic sibi solutũ videt. l. dotem. ff. d̃ iure dot. ꝛ l. vir ab eo. ꝛ facit ff. sol. mat. l. pe. ꝑ. si vir, vbi hoc tenet Jacob. de Aret. Concluditur ergo ipsum debere lucrari vltam tertiam totius. Bar.

ADDITIONES.

a Th. D. ¶ Statuto. Alias incip. statuto cauetur, ꝙ si mulier, ꝛ ita alleg. Alex. in l. si donaturus. ꝑ. si quis. ff. de condi. ob caus. alias incip. statuto cõmunis Bauiani, secundũ Jaſ. in d. l. si donatur⁹. in ꝑ. si. vbi videtur velle, ꝙ sunt duo cõsilia, ꝛ ita ꝓ duobus consi. habeo, ꝛ est insertum. j. in ij. volu. in cõs. cxiij. inci. statuto cõmunis Bauiani. ꝛ ibi scripsi. ꝛ de isto cõs. bar. vide Alex. in l. iubem⁹. ꝑ. sane. in addi. bar. in addi. mag. ꝛ ibi scripsi i apo. mea. ꝛ in l. pe. ꝑ. si vir, ꝛ ibi in apos. mea. ff. sol. mat. ꝛ vide Alex. in l. non tñ. vbi dixi in princi. ff. de re iud. ꝛ in l. si donaturus. ꝑ. si quis. ꝛ ibi vide Jaſ. in ꝑ. si. vbi plene ponunt de isto consi. bar.

b ¶ Lucrari. Statutum loquens in dote data habet locũ in ꝓmissa, vt etiam plenissime consuluerunt ℙaul. de Castr. cõsilio clxxiij. ꝛ Ang. consil. clxxx. incip. In Dei nomine ꝓ euidentia premitto.

CONSIL. CXXXIII.

Statutum de lucro dotis non extantibus filijs, an habeat locum si extat filius ex filia.

1 ℣ Nex faciens mentionem de filijs militum, an cõmeatur nepos, ꝛ non miles.

2 Dictio, ex, denotat causam ꝓximam, ꝛ immediatam.

a Licet a in questione predicta sit multum prudẽter allegatũ: tamen ad veritatem huius

1 quest. sciẽdũ est. ꝙ illa cõtrouersia, que est vtrũ appellatione filij contineat nepos. † Exemplũ, lex facit mentionem de filio militis, vtrum appellatione talis filij, contineatur nepos, non miles: certũ est, quod non vt ff. de testame. mil. l. cum filius. ꝛ ff. de testam. tut. l. ij. ꝛ de adimini. tu. l. impuberi. Itẽ, si lex appellat filiũ spuriũ, hec appellatio nõ porrigitur ad nepotem ex eo. si est legitimus: ꝛ sic ad eum transit illa qualitas, vt C. de natu. lib. l. fi. ꝛ ibi not. Sed si lex appellat filiũ masculũ, non continet neptis ex eo, vt femina: quia illa qualitas, scilicet masculus, non reperitur in tali nepte, vt paret in omnibus capitulis feudorum, que dicunt feminam in feudum non succedere. Hunc ad ꝓpositũ, statutum de quo loquimur. loquit ꝙ maritus lucrifaciat dotẽ vxoris sue ꝑmortue, i. filij, vel filia, nõ extant ex eis, vel ex eodẽ matrimonio, vt aperte dicunt verba ibi ex predictis igitur habens neptẽ ex filia que non reperitur, ꝙ sit ex eis, vel eodem matrimonio: ideo non continetur appel-

2 latione filij, vel filie, indubitatiue. † Quod nõ sit ex eis apparet: quia hec dictio, ex, denotat causam ꝓximam, ꝛ immediatam, vt C. de legi. l. non dubiũ. ꝛ l. eo tempore. ff. de pecu. l. ꝓxima. ꝑ. ex in cẽdio. de incend. rui. nau. ℙreterea, ꝙ non fuit ex eodẽ matrimonio apparet expressum. Instit. de pat. pote. in fin. Nepos enim ex filia non dicit nat⁹ ex matris nuptijs: sed ex nuptijs patris: sic forte aliud dici posset in nepote ex filio. vt ibi patet, ꝛ ff. de his. qui sunt sui, vel alie. iur. l. itẽ in potestate. ꝛ l. sequẽ, ꝛc. Ego Bar. de Saxoferrato.

ADDITIO.

a Th. D. ¶ Licet. Vide de isto consi. bar. in materia bal. in cõs. cxix. in v. lib. incip. ꝑctus talis est, ꝛ do. Signo. de Rom. i cõs. lix. incip. in quest. qua queritur, ꝛ in cõsil. ccl. quidam fecit testamentum. ꝛ vide de isto consilio Bartol. do. Francisc. de Aret. in l. fin. ꝑ. si a socero. sol. mat.

CONSIL. CXXXIIII.

Si statuto ciuitatis cauet. qõd scholaris ꝑ introitu matricule soluat viginti solidos, ꝛ vn⁹ solut, ꝛ fuit absens ꝙ quinquenniũ, ꝛ rediit, iste debet ꝑuenire sed iterũ soluere non tenet.

1 ℣ Scholaris si per quinquennium stetit absens a studio, ꝛ desijt esse de matricula.

2 Soluere non debet iterum, qui semel soluit.

a Vniuersitatis a nostre statuto cauetur, vt quilibet scholaris ꝑ introitu matricule xx. solidos soluere teneatur: contigit. ꝙ quidã scholaris semel soluit, ꝛ matriculam intrauit, deinde fuit absens a studio per plures annos. nunc de nouo reuersus est ad studiũ, querit, an ꝓ introitu matricule iterum soluere teneatur. Hec q̃stio habet duo puncta. ℙrimũ, an per absentiam desijt esse de matricula. Secundũ est, si desijt,

1 an iterum teneatur soluere. † Super primo, videtur q̃ sic, ex eo

b quod deposuit consuetudinem reuertendi ad studiũ, arg. ff. de acqui. rer. do. l. naturalẽ. ꝑ. pauonũ. ꝛ ꝑ. seq. ꝛ Inſt. eo. ꝑ. in his. ꝛ ꝑ. pauonum. sin aliter tamẽ dico, ꝙ si per quinquennium stetit a studio, priuatus est matricula: si minori tempore, retinet matriculã. vt C. de primic. l. fi. circa mediũ. lib. xij. ꝛ de dome. l. iij. eo.

2 lib. vbi est expressum. † Super secũdo puncto, posito quod esset

c priuatus matricula, soluere non debet iterum, qui semel solut. Casus est C. de consu. l. pe. cir. fi. lib. xij. Facit arg. ff. pto soc. l. si socium ꝓ filia. cum simil. Bar.

ADDITIONES.

a Th. D. ¶ Vniuersitatis. Vide de isto cõsi. bar. ꝑ bal. in l. filio. ꝛ ibi pau. de cast. ff. de liber. ꝛ posth. ꝛ Alex. i l. aut facta. ꝑ. ad tẽ p⁹. in add. bar. in vl. apo. in fi. ff. de pe. ꝛ in l. filio. ꝛ in l. naturalẽ. ꝑ. apum.

§.apū.ff.de acqui.rer.do.z in l.er eo tempore.in fi. ff. de testam. mil.in add.Bar.z in l.seruianos.C.de testa.milit vbi facit mētionem de hoc cōsi.

b ¶Reuertēdi. Adde Bar.in l.ex eo.de testa.mil.z q no.idem Bar.in l.natura aliter autē.ff.de re.di.z sequit Ange.de Are. in §.pauonū. Iuxta.de re.di.z in l.aut facta. §. ad tempus. ff. de pe.Bald.in aut.habita.C.ne fil.pro pa.Joan.de ¶Pla.in l. fin. C.de primic.lib.xij.z in l.si qs.C.de dome.lib.xij.do.m l.seruianos.C.de testam.milit.z ibi Alex.Et adde,q hoc tempus quin quēnij datur scholari q possit doctorari,si studuerit per quinquennium.arg.in §.sed quia vers.quib⁹.in proe.ff.de quo plene p Lard.Flo.in cle.ij.de magi.z ibi Joan.Imo.z in proe.sexti.ad de bonam gio.in §.fi.in proe.ffor̄.z Bar.in l.petitiones.ff. de aduo.diuer.in.Dixi plene in tract.meo de prescriptīa doc.in ij. lib.in princip.z vide Bald.in l.fin.in addi.Bartol.C.de colle.illic.vbi alleg.hoc contra.Bart.hic,z dicit q pro hoc facit text. in l.ij.C.de dome.libr.xij.z vide c.ex literis.de constit. z faciunt predicta ad quest.quā vidi de facto,de eo qui per quinque annos nō faciēs artē priuat⁹ est matricula. Item de eo,qui requisitus a superiore collegij,si p quinque annos fuerit contumax, desijt esse de collegio.

c ¶Super secundo. Adde,q no.Bar.in d.l.penul.C.de consulibus.libr.xij.z per Joan.de ¶Plat.in l.interdum.§.quotics.ff.de publican.

CONSIL. CXXXV.

Si statuto cauet,q occupās plateā cuiuscūq animalis soluat tīn.an teneus in manibus debeat soluere.

1 ☞Gabellam teneus comūm in manibus tenetur soluere statute statuto de soluente gabellam.

a Statuto Castri plebis cauetur,q quicunque occupauerit plateā cuiuscūq cuiuscūq bestie grosse, vel minute, soluat tot denarios gabelle. Nam sunt quidam q tenēt cozia ad vendendū in dicta platea in manibus. Queritur, an teneātur soluere

1 gabellam. ¶Et q sic dico, q quandocq; quis tenet in dicta platea cōmū occasione sui vsus, vt pro fulcimento guarnatie, vel alio suo corporis cooperimento,tunc soluere nō tenet,vt ff. de ver.sig.l.in lege Lensoria,z C.de vec.l.vniuersi.Quidā tenēt causa vendendi,vel ob aliā causam ad nullū suū vsum, z tūc nō

b licet sine solutione gabelle. Licet enim ipse teneat in manib⁹, tñ non licet tenere in illo loco,z occupare dictā plateam, ar. de ser.rust.predio.nec l.qui sella.§.quidā.obstat,si bene inspiciatur,z teneo ibi in lecturis,&c. Bar.

ADDITIONES.

a Th.D.¶Quicunq; occupauerit. Adde q̄ istud statutū cōcordat cū dispositione iuris cōmunis,vt in l. fin.ff.de via pub.

b In manibus. Adde,q de isto consi.facit mentionem Barto. in l.qui sella.ff.de ser.rust.predi.licet ibi dicat,q ille habebat coria in bancho,licet dicat q habebat in manibus, z sequitur Ang.de Peru.ibi,licet de cōsi.Bar.non faciat mentionē, z ōt etiam,q q potest vēdere carnes, vel cozia in platea,potest tenere super bancho.Et no.ista cōtra cōsi.q accepit ille notabilis Bonnella,cū esset bāitus p dñm Ferrarie in capite,si pedem mitteret in territorio suo,z ipse fecit se ducere super plaustrū explanatum de terra territorij Veronēn.z ita cōparuit cozā domino asserens se nō posuisse pedem in suo territorio, z vide de materia per Lyn.l.j.C.de interdictis.

CONSIL. CXXXVI.

An valeat cōsuetudo,vel prescriptio,q certū castrū possit eligere ¶Potestatē vndecunq; vellet. Item,an gubernator alicuius puncte potest statuere,q nulla ciuitas eligat sibi potestatē sub certa pena. Item,que sit differentia inter consuetudinem z prescriptionem.

1 ☞Legati sedis Apostolice potest facere constitutiones.

2 Constitutio q nullus eligatur in ¶Potestatem,sine licentia Legati,vel capitanei,an valeat.

3 Constitutio generalis non tollit consuetudinem specialem.

a Capitaneus a patrimonij fecit vnam suā cōstitutionem,q nulla ciuitas,castrū,vel villa eligeret in ¶Potestatem aliquē ciuem sub certa pena:deinde Commune z homines castri ¶Piscini.qui erant in possessione sibi eligendi ¶Potestatem quem vellent,a tempore cuius non exstat memoria, elegit in potestatem cōmune ¶Perusij,propter quod Capitaneus cō denauit eos in dicta pena. Queritur an dicta constitutio valeat:z posito pro constanti.prout est de consuetudine obseruatū q Capitaneus patrimonij, z ceteri ¶Presides pronunciarū,

b qui ab ecclesia in Italiā destinant⁹, possent facere constitutionem,sicut posset quilibet ☞episcopus,z Apostolice sedis legat⁹ vt extra de maio.z obe.c.ij.de cōsti.c.annuarū.lib.vj. z de offic. leg.c.fi.z sicut alij maiores iudices,vt ff.de legi.l.non ambiguū.

1 z C.de officio.prefe.piet.Qui.l.formā.tamen hic solum † videt querere,vtrū dicta constitutio valeat,z videt q̄ sic per iura p̄dicta. Īrē facit,p hoc extra de loca.c.j.vbi,licet qs habeat liberam potestatem locandi,z conducendi,tamen potest limitari p constitutionem legati,z pena imponitur. Ad idem facit quod no.de maio.z obed.c.ij. ¶Preterea,cuilibet magistratui licitū est defendere iurisdictionē suam penali iudicio.ff.ū quis ius dic.nō

2 obtemp.l.j.†Sed per hanc constitutionem defenditur iurisdictio Capitanei,z Romane ecclesie:ergo,&c. Nam si ciuites ¶Perusij,que est tante potentie, recipit potestariam vnius castri, Capitaneus non potest ibi libere suā iurisdictionem exercere,si cur decet,ar.ad hoc de resti.spol.ca. ¶Pisanis. cir. fi. ¶Preterea, hoc video in domino qui potest prohibere emphyteutā alienare in potentiorem personam per quam ipsi⁹ ius deterioretur,et ex ea non possit ita libere vti,vt extra de loca.cap.potuit. z ibi no. Facit.q no.de verb.ob.l.si ita qs.§.ea lege.z in feud.tit. de

3 alie.feu.capitu.vnic.†Et sic concludit,q illa cōstitutio generalis non tollit cōsuetudinem specialem,quam habebat dictū castrū,vt extra de constitu.capitu.licet.lib.vj. quia dicta consuetudo,non est propria consuetudo,sed magis prescriptio. Nam consuetudo est,cū ex tacito consensu populi,z cursu temporis inducit aliquod ius,q̄ popul⁹ expresse consentiendo facere potuisset. Et ita loquitur l.de quibus.ff.de legib.z C.que sit log. consue.l.j. Sed quando ego prescribo contra alium,quod si vellem statuendo non possem inducere,vt quod habeam ius eligēdi potestatē,tūc est prescriptio, z ita loquitur totus tractatus de prescrip. Modo in proposito,consuetudo,quam dictum castrum allegat,vt posset potestatē eligere, magis est quedam prescriptio cuiusdam iuris. Sed posito, quod istud ius vere competeret,posset limitari,vt s.probatum est:ergo,&c. Et p̄dicta differentia inter consuetudinem,z prescriptionem est vera, licet quidā ponant aliam,extra de consue.cap.fi.C.que sit lōga consue.l.ij.&c.

ADDITIONES.

Th.D.¶Capitaneus. Alias inci.quidā Capitaneus.secundū Alex.de Imo.in l.ij.ff.de iurisd.om.iu.De isto cōsi.vide Alex. in l.omnes populi.in addi.Bar.ff.de iust.z iur.inci.lumta. vbi plura.z in l.qui sella.ff.de seruitu.rust.pred.

b ¶Constitutionem. Vide per.de Anch. in c.canonū statuta de ǣtat.vbi sequit hoc cōsi.z vide Jo.An.z alios in c.ex literis de constit.cū concor.de quibus per Fel.in c.cuz omnes.de cōst. z vide Alexā.de Imo.in l.ij.ff.de officio eius cui mand. est iurisd.z in consi.cvj. in ij. volu.perspectis.in ver.per id quod consulunt.vbi alleg.Bar.hic.z ibi vide plene.z ¶Paul.de Cast.consi.cxlix.z alex.in l.omnes populi.ff.de iust.z iure.

CONSIL. CXXXVII.

Si statuto cauetur quod non implens voluntatez testātis intra annū incurrat penas legales,quod nō requirat monitio,an heres non soluens legata incurrat penas.authē. hoc amplius.C.de fideicommiss.Īrē stante dicto statuto si testator dedit certos executores pro legatis pticularibus,an heredes excusentur propter illos executores sibi coniunctos a penis legalibus.Item an agēs ad penam dicti statuti, vel prefate authentice excludatur q̄ non prestitit cautionem de supplenda voluntate defuncti. Item quomodo probatur legatum non esse solutum.

1 ☞Heres vt hereditate priuetur, requiritur iussus iudicis, z cursus vnius anni.

2 Heres non implens voluntatem defuncti,excusatur a pena propter alios executores deputatos in testamento.

3 Heres qui non dat cautionem de implendo voluntatem testatoris,an priuetur hereditate.

4 Legatum factum si non ostenditur esse solutum an sufficiat cōtra heredem.

5 Negatiua debet probari per illum qui asserit,z maxime quando arguitur alicuius delictum.

a Statuto ¶Communis Bualdi cauetur, q̄s qui non impleuerit voluntatez defuncti intra annuz incurrat penas legales,z cursus anni habeatur p legitima monitione, nec alia monitio expectetur.contigit quod quidam in testamento fecit plura legata ad que legata exequenda dedit quosdam executores patruos dictorum legatariorum,que legata non fuerunt soluta intra annum. Hunc dicti legatarij maioris emolumenti petunt hereditatem,ex vigore authen.hoc amplius.C.defideicō. z in corpore vide sumitur,cōiuncto statuto ,nec prestiterunt aliquam cautionem de implenda voluntate defuncti. In nomine domini nostri Jesu Christi. Ex isto themate multa dubia oriuntur. Primo,an cursus vnius anni priuet heredem nō

implentem voluntatē defuncti hereditate. Secundo, an heredes predicti excusentur ꝓpter alios executores, ad hoc a testatore deputatos. Tertio, an dicti executores excludant, qꝫ non prestiterunt cautionē de implenda voluntate defuncti. Quarto, an eo ipso ꝙ non ostenditur legatum factum, ꝫ solutum non esse, sit probata intentio ipsorum agentiū. Quinto, an reuelet in in aliquo dictum heredem contentum: quia dicit fideicommissarij. ꝫ executores electi a testatore erāt hic conuicti dictis actoribus. ¶ Super primo puncto videtur de iure fore dicendum, quod inspectis verbis dicti statuti, cursus primi anni operetur tantū vnum effectum, quod habetur pro legitima monitione, vt iussus iudicis, sed pro legitima monitione expectabitur cursus secundi anni, vt quis hēditate priuetur. Hoc clare apparet ex verbis ipsius statuti. Hoc etiam psuadetur rationibꝰ sic, si quis bene verba legis inspiciat in corpore, de hered. ꝫ falc. §. si qs aūt non impleuerit. ꝫ C. de fideicom. auth. hoc amplius. Duo successiue requiruntur, vt quis hereditate priuetur. s. iussus, seu monitio iudicis. † Secundo successiue cursus temporis. l. anni.

1 Sed de iure hoc est ꝙ vnum, ꝫ idem tempus non potest operari effectum circa duos actus, quorum vnus successiue venit ad alium, vt C. qui admit. ad bon. poss. l. fin. in fin. ꝫ C. de inoffic. testa. l. contra maiores. ꝫ pbatur in simil. tēpus, quo completur lesio cepta in absentia, ꝫ sic operaꝫ vnum effectum, non computatur in tempore petende restitutionis: ꝫ sic non operatur aliud effectū successiuum. Ad primū not. ff. ex qui. cau. maio. l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. per glo. Ad hoc etiam facit quod. not. per Dy. in capit. sine possessione. de regu. iuris. circa fi. lib. vj. quod primo requiritur cursus vniꝰ temporis ad inducēdā obligationem. Secundo, abinde incipit currere aliud tempus ad prescriptionem. Facit quod not. C. de serv. fug. lege prima in fin. glosse magne, ita in proposito primum tempus operatur vt habeat legitimā monitionem abinde incipit currere annus ad priuandū quē hēditate, ꝫ sic requiritur biennium, ergo illi non sunt hereditate priuatiᵇ. ¶ † Sup secundo puncto dico ꝙ

b 2 heredes predicti excusantur propter alios executores a testatore deputatos a pena predicte legis maxime si non apparet ipsos heredes non fore certificatos, ꝙ dicti executores nolebāt implere. ℙ Pro hoc induco casum expressum ff. de condi. ꝫ demō. l. mulcta. expressius in authen. de eccle. titu. §. fi autem qui hoc facere. vnde sumitur authen. licet. posita super l. nulli. C. de epis. ꝫ cleric. vbi dicitur, ꝙ quando sunt appositi executores in testamento, ipsi debent impiere, alias ipsis imponitur pena ꝙ prohibentur omni commodo ꝙ percipere debent ex testamento. Et hoc casu videtur, ꝙ pena non imponatur heredibus. ℙ Pro hoc facit, quia testator ponendo certos executores ad hec legata exequenda, videtur ipsos heredes prohibuisse, ne se impediant de ipsa executione, vt ff. de autho. iud. l. si plurib⁹. ꝫ ibi not. p glos. Hoc etiam probatur ff. de ali. ꝫ cib. lega. l. iij. §. solent. ℙ Nec obstant iura que dicunt quod licet datus sit executor, nihilominus teneatur heres, vt ff. de leg. j. l. si a plurib⁹. quia verum est

c quod legatarij possunt petere, ᶜ non autem ꝙ heredes non implendo sine monitione incidunt in penam, vt expresse probat

3 in d. l. mulcta. de condi. ꝫ demō. ¶ † Super tertio, an dicti executores excludantur propter non prestitam cautionē? Et dico ꝙ sic, quia hoc est expressum in corpore de hered. ꝫ fal. §. si vero nullus alter sit heres. vbi, cautione prius ab ipsis facta, ꝛc. Si ergo prius cautionem non prestitit, debet succūbere, vt C. de vsufruc. l. j. Simile in contumacibus, ꝫ aliis, in quib⁹ iura dicūt nō audiri, nisi prestita cautione. ℙ Posset etiam inde ferre sentētiam sub conditione. s. si omnia que dicta constitutione cauentur, fuerint obseruata, vt ff. de fideicom. lib. j. iij. §. illud videndum. sed illud puto verum quando lex simpliciter loquit. Sed in casu nostro lege exprimitur, scilicet, ꝙ prius caueat. Si ergo de hoc nō facit fidem, debet actor succūbere. ¶ † Sup quar

4 to puncto videt dicendum, ꝙ ipsi actores debent probare illud legatum non esse solutum per cōfessionem heredis, vel alio modo, nec sufficit solum legatum relictum esse. Hoc, pbatur ex his que not. per Innoc. in capitu. sup his. de accu. ꝫ Lyn. C. de in. emphyt. l. ij. quod corroboratur p. d. hoc iure. de verb. ob. ibi

f quā exploratum sit, ꝛc. Ille enim qui aliquod negatiū asserit ad quod aduersarius non est obligatus, debet id probare qꝫ maxime arbitror esse verum, cū ex tali negatione alicuius delictum arguit, vbi est presumptio pro conuento, scilicet, ꝙ nō deliquat, vt ff. ad l. Iuliam maiestat. l. fin. ꝫ per regulam generalē ꝙ quilibet presumitur bonus, ꝫ non peccasse. ℙ Pro hoc, qꝫ cum agitur de tutore removendo a tutela, ꝓpter aliquod omissum, istud debet probari, videlicet qꝫ inuentarium non fecit, nec alia sibi incumbentia: vel quod est negligens, vel mers, vel similia, que priuationem, ꝫ negatiuum continent, l. iij. §. tutor, qui ad

6 alimenta. ꝫ l. fi. cum l. sequen. de suspe. tuto. ¶ † Sup quinto, satis puto hec heredibus conuentis posse, vt opposita doli exceptione, dicti actores repellantur, quasi dicit executores propter coniunctionē eorum, ad quos sperabant dictam hereditatē deuenire, hoc omiserint. pro hoc ꝙ tali fraude factū presumatur ex coniunctione sanguinis, induco ff. de bo. lib. j. penul. post princip. ibi, facilioꝛque suspicio, ꝛc. ꝫ expressius extra de testi. capit. constitutis in presentia nostra archiepiscopo. Et facit ad hoc: quia ex coniunctione psumitur vnus scire de facto alterius, vt ff. vnde cognati. l. octaui. ꝫ C. de in integrum restitu. l. de tutela. ℙ Pro hac presumptione fraudis ratione coniunctionis, facit optime in auth. de alie. ꝫ emphyt. §. econom⁹. vnde in mitē authen. quibuscūq; modis. posita super l. iubemus nulli. C. de sacrosc. eccles. Item pro hac fraude psumenda, facit expresse in authen. vt hi qui oblib. res se hab. perh. §. si qs. Et ex his apparet, ꝙ si tales agant petendo dictam hereditatem, possunt exceptionē doli opponere, qui dolus, pbatur ex coniunctione, ꝫ propinquitate temporis, vt supra dictum est. Ex quolibet ergo predictorum concluditur dictum heredem esse absoluendum, ꝛc. Ego Barto. de Saxoferra. ita consulo.

ADDITIONES

a Th. D. ¶ Statuto. Vide Lud. Rom. in cōsilio cxxviij. ꝫ vide plene per dominum meum dominum Jaso. in authen. hoc amplius. C. de fideicom. vbi plene examinat materiam istius consilij Barto.

b Ber. Z. ¶ Priuati. Vide Rom. consi. ccxviij. vbi allegat hoc consilium, ꝫ concludit ꝙ licet executor, vel heres non priuetur hereditate, tñ priuatur officio exequendi per constitutionem, que est valida.

c Th. D. ¶ Legatarū possunt petere, no. ꝙ dicit Barto. hic: qꝫ non obst. ꝙ executores sint, dati pro legatis. nihilominus heres potest a legatarijs conueniri, ꝫ ita habui de facto.

CONSIL. CXXXVIII.

Si statuto cauet, ꝙ decedenti ab intestato sine filijs legitimis succedant ꝓpinquiores de linea paterna tm. an pupillo decedenti, quia non potest facere testamentū, succedāt illi ꝓpinquiores vel sola mater. Item, quot modis quis dicitur intestatus, ꝫ de intellectu trium legum, ꝫ de cōmuni vsu loquēdi.

1 Verbum intestatus, an cadat in pupillum.
2 Priuatio. vbi non est, ibi non potest esse habitus.
3 Habitus consideratur duobus modis.
4 Dictio omnino, quam significationem habet.
5 Communis vsus loquendi non est propria significatio.

Decesit copia a cuiusdam statuti sancti Seuerini, Ite statuꝰ, ꝫ ordinaꝰ, qꝺ si qs, vel si qua, de terra sancti Seuerini, ꝫ eiꝰ districtu decedat intestatꝰ, vel intestata, sine filijs legitimis, ꝙ bona omnia, ꝫ iura, sic ab intestato

1 moriētis, deueniant, ꝫ deuoluant, ꝫ sint apud succedentes ab intestato ꝓpinquiores consanguineos, ex paterna, vel auia paterna linea descendentes, cum satis sit conueniēs rationi ꝙ talia bona reuertant ad pristinū statum, vnde principium habuisse noscunt, ꝫ predicta locum habeant, ꝛc. Questio talis est, quedā puella de dicta terra, minor duodecim annorum sue etatis decessit nullo condito testamento, quia erat pupilla, supstitibus sibi, ꝓpinquioribus matre sua, ꝫ fratre carnali ipsius pupille nato ex eodem patre, ꝫ eadē matre. Modo queritur vtrū dicta mater succedat ei in aliqua parte, vel non ꝓpter verba dicti statuti. In ꝓma questione, facit dubium textus q est. ff. ꝺ suis ꝫ legitim. l. j. in princip. vbi innuit, ꝙ ille, qui nō potest facere testamentum, vt pupillus, non dicitur ꝓprie intestatus,

b cū igitur verba statuti debeant intelligi secundū ꝓpriam significationem, ꝫ illud verbū intestatus, non cadat in pupillum: ergo relinquitur determinationi iuris cōmunis, ꝫ sic mater succedat, ꝫ ex hoc iam motᵃ est animus quorundam, ad consulēdū ꝙ mater admittatur. Contrariū tamen est veritas. ℙ Pro cuius intelligentia videndum est de intellectu trium legum, que ponunt significationē huius verbi intestatus. ¶ Primo de intellectu. ꝺ. l. j. in principio, de suis ꝫ legit. Secundo de intellectu l. intestatus ff. de verb. sign. Tertio de intellectu Institu. de heredit. que ab intest. in princip. que leges videntur sibi contrariari. Hā due vltime dicunt eū simpliciter intestatum, qui testamētū non fecit: sed ꝺ. l. j. de suis ꝫ legitim. dicit, ꝙ pupillus non est ꝓprie intestatus, postea dicit, sed hos quoque pro intestatis ac

2 cipere debemus. † ℙ Pro cuius intelligentia sciendū est, ꝙ non potest esse priuatio, vbi nō potest esse habitᵒ. Vnde nō recte diceret, equus est mutus: qa habitus loquendi nō cadit in eo, nec lapis dicit recte cecus, ꝫ similia: isto respectu pupilli non potest facere testamentū, ꝫ sic in eum non cadit habitᵒ, nec ꝓprie dicit intestatus, ꝫ ita loquitur dicta l. prima. de suis ꝫ legi.

Item

†Item sciendum est, quod habitus potest cõsiderari duplicit.
3 Uno modo stricte secundum naturã vnius indiuidui. Alio modo large secundum naturã speciei, sub qua est illud indiuiduũ, vt in hoc exẽplo. Aliqs est mutus a natiuitate, certe licet in eo nunq̃ fuerit habit⁹ loquendi, tamen dicitur mutus respectu speciei humane, cui competit habitus loquẽdi, vt C. qui testa. fa. poss. l. diseretis. Idem in eo, qui natus est sine oculis, recte dicit cecus, hoc est, priuatus lumine, eo respectu, quia speciei humane congruit videre, vt in Euãgelio de ceco nato, z hic est cõmunis modus loquendi. Et hoc est quod vult d. l. j, dũ dicit, sed hos quoq̃ pro intestatis accipere debemus, quasi dicat in eis cadat istud verbũ intestatus, respectu speciei humane, cui competit ius testandi. Et hoc est quod voluit imperator instit. ỏ he redi. que ab intesta. in prin, vbi dicit intestatus est omnino, q̃ testamentum non fecit, ꝛc. Not. †quod dicit omnino, quasi dicat
4 sine qa noluit, sine quia nõ potuit. Idem in dict. l. intestatus. ff. de verbo. significa. Nã verba legis debent intelligi prout loquũtur generaliter de omni homine, non singulariter de hoc, vel de alio, vt ff. de legi. Liura nõ in singulas, sed respectu speciei humane, in qua cadit habitus, pupillus recte dicit intestatus, ergo ꝛc. Huic ad propositũ adijcimus pupillũ intestatum proprie qz est priuat⁹ eo habitu, qui congruit sue speciei, z homini, qz secũdum propriam significationẽ dicet intestatus, z sic stat⁹ in eo
5 locum habebit. †Aut dicim⁹ ipsum intestatũ improprie, z tũc remanet quod est intestatus secundũ cõmunem vsum loquẽdi, vt dictis legibus probat quoniã cõmunis vsus non est ppria significatio, vt l. Labeo. ff. de supellectil. legata, z statuta debẽt intelligi secundũ cõmunẽ vsum loquendi, qui preualet omni significationi proprie, vt dict. l. labeo. z ff. de legatis tertio, l. libro rũ. ỏ. quod tamen cassius, z ibi not. z sic statutum habebit locũ in pupillo, z hec fuit mens statuti, vt patet in ratione, q̃ redditur in statutis, z sic mater omnino excludetur, ꝛc.

ADDITIONES.

a Th. D. Hec est copia. Alias incipit, questio talis est, quedã puella. z de isto consilio vide Alex. in l. j. in prin. in additio. bar. ff. de suis z legit. z ibi apostillã meam. Et vide dominũ z preceptorem meũ Perusinum dominum Petrum Philippũ Corneũ in l. generaliter. C. de institut. z substitutionib. vbi allegat Bar. in hoc consil. z vide bar. in cõsilio, cxlj. incipit statuto vbis. z ibi scripsi.

b B. L. Proprie intestatus. Colligendo mentẽ doctorum, ea videtur communis opinio, quod pupillus possit dici intestatus decedere, non ex vi verborum, sed ex communi vsu loquẽdi, ideo petens aliquam hereditatem haberet necesse probare illũ cõmunẽ vsum vt colligitur ex mente Angel. cõsilio centesimo, incip. statuti cõmunis Burgi. z consi. xcv. inci. De. de vsb. pau. de Castro consi. cclxxvj. z ibi refert q̃ aliqui consuluerunt contrarij: Angelus tamen cõsilio xxv. incipit, iudex nomine, ꝛc. statutum excludens matrem, z ibi dicit quod ipse z Bal. plures consuluerunt, p hac parte. Et ita tenet Bal. in l. si arrogator. ff. de ado. vide late Imo. iunio. rem in l. generaliter. C. de her. instit. z vide infinitas cõcordantias in l. prima. ff. de suis z legitimis heredibus. in apostil. per me, z Ro. consi. iij. z xxij.

CONSIL. CXXXIX.

Si datur potestas aliquib⁹ quidendi, z ordinaãi, z executioni mandandi, certum est q̃ tunc si per primum ordinamentum non potest fieri plena executio, possunt iterum prouidere quousque exequatur.

1 Prouidere aliud est, aliud est prouisa, z ordinata executioni mandare.

2 Functus non dicit aliquis officio suo, nisi plenam executionẽ faciat. z semper potest prouidere exequendo. nu. 3.

2 nē. q̄ sub dictis pactis erat consuetū cōcedi, ¶ z sine hoc infert q̄ res monasterij nō possunt infeudari, nec de nouo concedi in emphyteusim, nisi ꝓout solite sunt infeudari, vel cōcedi, extra de feu. c. ij. z de don. c. ꝓ tuas. z in feu. ti. Episcopū, vel Abbatē, z Abbatissam. c. j. Cū igitur precedit cōtractus cōcessionis in emphyteusim, intelligit actū, q̄ talia solita ꝓmittant, cum aliter cōcedi nō posset, vt ff. de aqua plu. ar. l. si prius. §. j. z ff. si cer. pe. l. cum quid. z ff. de edil. edic. l. quod si nolit. §. q̄ assidua. lz ergo postea ex interuallo promittitur, tunc incontinēti videtur ꝓmissum. l. Modestinus. de sol. si tamē posset probari p testes dicta pacta fuisse incōtinēti apposita, securius esset. Item ℣ pacta dices in dictis pactis fidelitatis, exprimit, q̄ dictus Octauianus fecit ideo: q̄r dñs Abbas eriā sibi promisit aliqua, sc₃ nō receptare inimicos ipsius. Rndeo, per hoc solū qñ predicta, seu pacta feudalia, q̄ dominus ¦ versa vice debet vasallo, lz non iuret, sed tenetur iuuare, z defendere vasallum, vt in feud. titu.

de inuestit. c. j. in fi. & si de feud. defunc. conten. c. j. §. dño committente, no. & in tit. hic fiuntur lex. c. j. in penul. gl. Hoc premisso ad questionē propositam. si consideramus nomen proprium contractus emphyteusis habemus vires illius pacti qđ non reuertatur ad monasterium propter canonē non solutum, liceat per quinquenniū moram purgare, & dicendū dictum pactum vale
b re. bC. de in. emphy. l. ij. cum ante solutio sit facta, quid autē im
3 portet tale pactum, †dico, quod illa verba generalia, qđ non reuertatur propter canonē non solutū, restringet per sequentia, scz qđ liceat moram purgare. &c. vt est expressum in l. si cum fundum. de verb. sign. cum simi. Dicta autē limitatio operatur, vt
4 vsq; ad quinquennium liceat purgare moraꝫ, post non. †Nam permissum ad tēpus videt vltra tempus prohibitum: vt l. statuli liberū. §. Stichū. de leg. ij. & de postu. l. Imperator. hoc etiā contra borator iure, qz pactū simpliciter factum de nō expellendo cōductorē, intelligit nisi diu cessauerit in solutione, hoc est p bien
c nium. Cl. quero. §. inter locatorē. ff. loca. & id qđ sequit in dicto instrumento, qđ ei liceat per quinq; annos aduenientes soluere pēsionem, de eodem quinquennio loquitur, & causa deliberationis est positum, scz qualiter purgatur mora, scz soluēdo pēsionem, quasi dicat, nullum aliud interesse debeat soluere, quid re
5 leuet †qz de iure cōi non admittitur purgatio more nisi soluat promissum cum toto interesse: vt ff. de verb. obl. l. si ita quis promiserit. §. Seia. & ff. de arbi. l. si cū dies. §. fi. & ibi no. per gl. Sed ergo cessatū est in solutione canonis per quinquēnium & p duos annos, qui dantur de iure cōi, dictū monasteriū pōt dictas res repetere ex vigore instrumenti emphyteusis, vt extra de loc. c. potuit. Sed restat videre, si consideremus dictū Jctum emphyteusis prout habent pacta feudalia, & promissionē, & iuramentū fidelitatis. Et in hoc dicēdum est, qđ si assaliuerit castrū in quo dictum Abbatē esse sciebat, iustā esse cām propter quā res dicta ad monasteriū reuertatur, vt in vsib. feu. tit. quibus modis feu. amitt. Idē si aliquam graue iniuriā intulerit, vel qñocunq; nondum quinquēnio elapso, contra iuramētum fidelitatis veniret: vt in feu. tit. que sit prima cā benefi. amitt. c. j. & quib. mod. feu. amitt. ca. vni. Dicēdum est etiaꝫ, qđ de iure cōi absq; aliquo pacto si Abbatē vel aliquem clericum Abbatis occiderit vel vulnerauit eo ipso omne būficium qđ habebat a dicto monaste
d rio perdit[d] extra de penis. c. in quibusdam. Itud aūt potest & debet dici beneficium eo qđ res magni valoris fuit cōcessa pro modico. & sic videt causa lucratiua vel quasi: vt ff. de doli except. l. apud Celsum. §. authoris. ibi, ex quacunq; alia causa, que pro parte lucratiua habet acquisitionē, vt ibi no. ex diminutione benefici posita in feu. tit. in qui. cau. feu. amitt. c. j. §. fi. In istis quidem causis dicēdum est, qđ si propter aliquā ex dictis causis a dicto suo iure ceciderit filie ipsius Octauiani non admittunt. Casus est expressus, in feu. ti. si vas. feud. pri. cap. vnic. Hec obst. predictis, qđ in dictis pactis fidelitatis fuit addita pactio conuentionalis: qz per hoc videtur recessum a pena legis: vt no. per gl. de iure emphy. l. ij. Bar. de Saxofer. Ang. de Amelia. Franciscus Abbas monasteriū Sapimi. & Thomas de Eugubio.

ADDITIONES.

a Th. D. C Incontinēti. No. qđ dicit Bar. hic. & qñ duo cōtractus sequuntur vnus post alterū; incontinenti: iz non dicatur inter partes. quod secundus fiat propter primum: tū presumit quod vnus sit factus gratia alterius: & qđ inuicem correspondeant, no. Pe. de anch. in consi. liij. inci. do. Rico. cum concord. de quibus per do. Fely. in c. pastoralis. de rescrip. & de materia vide per Jas. in l. j. ff. sol. matrimo.

b C Valere. Idem consuluit Pau. de ca. consi. cxxxviij.

c C Biennium. Vide Alex. late consi. xxxv. & cxxvij. lib. j.

d C Perdit. Vide in cons. Bal. vj. j. li. do. Christopho. Castellio. vbi dicit Odofred. dicere, & etiā ob iniuriam verbalē vasallus potest feudo priuari.

CONSIL. CLXII.

An quietatio, facta a minore annis xxv. sine tutore, vel cu ratore alicuius rei prohibite alienari, valet: & de multiplici impugnatione quietationis facte per tutorem.

1 ☞ Alienatio bonorum immobilium non venit in generali mandato.

2 Quietatio generalis non porrigitur ad ea que sunt dolo facta.

a In nomine Domini amen. In questione de prescriptione quinquēnij sufficientissime fuit dictum, & allegatum: nam dicta lex vult, qđ non habet locū in re vēdita ignorāte pupillo: nec in hoc articulo video rectius, vel melius posse rñderi, vel dici. Sup secundo articulo, de quietatione facta, dico, qđ si bene inspiciaꝫ dicta quietatio nullius est momēti. qz non est secuta specialis cōfirmatio, arg. C. si ma. fa. l. ij. & s. alle. est sufficiēter. Sc̄do. qz ratificatio sequēs eq̄ paraꝫ mandato: vt iura vulgaria dicūt. Sz in gñali mādato nō venit alienatio bonorū immobiliū: vt ff. de procu. l. procurator
1 totorū. ergo nec in generali quietatione. †Tertio, qđ dicta quietatio fuit facta a minore vigintiquinq; annis. vt ex tenore ipse apparet. si minor non pōt alienare rem immobilē, nec aliquem actū facere, per quē res alienetur sine decreto. vt C. de pred. min. l. si ad resoluēdaz. vbi est casus, maxime cū hic nō appareat iuramentū, vt infra dicet. Itē quarto: qz dicta quietatio fuit facta occasione administrationis: sed dicta venditio facta p illos tutores nō fuit administratio sz dilapidatio vel rapina. Añ cū non apparet cā quare & sic non bona fide & p consequens non est administrator tutele. l. filiū. §. j. ff. de manumis. testam. & ff. pro
2 emp. l. qui fundū. §. si tutor. cum simi. †Ex hoc etiā insurgit quęstio, qđ generalis quietatio non porrigitur ad ea que sunt
b facta dolo: [b] nisi specialiter exprimat: vt C. de trāsl. l. sub pretextu. & ff. de pac. l. tres fratres. & ibi no. Nec potest dici, qđ fuerit iuratum p illū, vbi ponitur quietatio iurantis. &c. qz illa verba innuunt qđ iurauit se maiorē xxiij. annis nec nūc negatur: non tū per hoc roboratur Jctus qz iurari debet super cōtractibus non retractādis: vt in auth. sacramēta. C. si aduer. ven. qđ hic factū non fuit. Preterea, posito qđ expresse iurasset nō venire cōtra cōprehensa in dicto instrumento, non releuaret. Nā ibi non dicitur aliquid de ista alienatione, nec est ibi aliquod verbum
c propter qđ ad istos extendi debeat. ergo nec iuramentū ad illud extendit: vt extra de iureiu. c. Quintauallis. & c. veniēs. & sic nō obstat, q obligari possit. ff. de rebus eoꝝ. l. illicite. qz ibi loquitur, qñ expresse noie dicte vēditiōis, illicite retractatio facta fuit contra tutorē, & pupillo satisfactū, hic nihil de hoc tpe dicte vēditionis proponitur. Ex quibus concluditur dicta quietatio nem dicto emptori in nihilo opitulari. Et sic dico ego Barto.

ADDITIONES.

a C In nomine. Huic consilio addite quod plene voluit Ang. cō filio suo clx. inci. domina Catharina. vbi multa pulchra dicit.

b Th. D. C Que facta sunt dolo. Vide Jas. in l. sub pretextu. C. de transa. in ij. colum. & in l. si de certa. in fi. C. eod. ez. & ibi scripsi. C Vide Pau. de cast. consi. cccviij.

c C Iuramentum. Adde, quod iurm non extenditur nisi ad ea, de quib[c] partes cogitauerūt: nō ad alia. vt est tex. in c. veniēs. & iureiuran. & vide. Jas. in d. l. sub pretextu. & in l. sed & si quis. §. j. fitū. in pe. col. ff. si quis cau. & in l. si cōuenerit. ff. de iur. omni. iud. & in l. de his. ff. de transact. & vide Bal. in cons. clxxxix. si ita est, in j. vol. & in consi. cxlix. viso statuto. in ij. vol. & Alexan. in consi. cxxxix. in v. volu. & in consil. xiij. in vj. vol. in pen. col.

CONSIL. CLXIII.

An creditur transumpto habito de libro notarij mortui, vbi non est subscriptio notarij, sed intitulatio libri tātum ipsius notarij.

1 ☞ Instrumento non habenti titulum libri, de quo est sumptū nec subscriptionem notarij, an credatur.

2 Verbum stipulationis. & verbum publicatum, per notarium prolatum. de necessitate quid importent.

a Creditur si aliqua scriptura, vel istrmētū, vel testamētū, habeat ititulatio
a nē libri. & q dicit sumptū, nō subscriptionē notarij,
1 an credaꝫ sibi. †Dico qđ si liber est publicus ea publicatione, que requiritur in protocolo notariorum mortuorū secundum formā tradita, extra de fid. instrumen. c. cū P. tabel
b lio, [b] sufficit enim, quod illa instrumenta per notariū tradita fuerunt ignota, vt ibi, patet: sed in ppōsito est huiusmodi: ergo, &c. Preterea, est hic scriptū manu illi[a] notarij, vt apparet ex ititulatiōe illi[a] q dicit, hoc esse libri sui quaternū rogationū, protocolorū, & ceterarū scripturarū puentarū ad man[a] eius notarij, &c. Quid enim est aliud dicere, liber rogationū, quā liber eorū, de quibus rogatus sum? Certe non potest perpendi in eo q dicit protocolorum, q idem, importat. Et illud quod sequitur, peruētarum ad manus mei notarij, sunt verba iurta vulgare, plata, quia ad manus notarij dicūtur peruenire ea, quibus rogatur, vt scribat. Ea eīm q tractamus, & gerim[a] licet incorporalia sint, dicunt ad manus nostras peruenire, vt l. q per manus. ff. ō iure codicill. Hoc etiam verificat ex sequētib[a], qz scripta sunt manu eiusdē, qui intitulationē scripserat. Ista enim verba debēt itelligi, vt scriptura ista cōgruat his que j. dicunt, vt ff. de leg. ij. cū pater. §. cū imperfecta scriptura. Nec enim intelligi pōt, quod sit manus alteri[a], cū apparet manu eiusdē. Specu. etiā in ti. de instru. edi. §. ostēso. v. rīi. quid sit imbreuiatura, dicit q si inueniaꝫ, q obscuritas imbreuiature declaratur ex pcedētibus & sequētib[a] & sic pōt sumi instrumētū. Itē hoc est publicum, q apparet ex verbis notarij positis in fine dicti testamēti dū dicit, lectū, & publicatum

blicatū sic dictū testm̄,&c. ¶Hoc cm̄ q̄ dicit publicatū,importat de necessitate,q̄ notarius fuit rogat⁹ scribere,aliter em̄ non ꝺr publicatū.C.de testa.l.publicari.z sicut verbū stipulationis de necessitate importat inter rogationē,z rnsionē:ita verbū publicatum,dictū p notarium,importat ipsum fuisse rogatum,vt dictum est.Cōcludit,qꝺ dicto testamēto sicut instrumēto sumpto er protocolo notarij mortui est adhibēda fides,sicut publico, z habetur in Spe.in v.ti.de instru.edi.§.ostēso.ver.illud quoq; pretermittendum non est.z ver.seq.Bart.ita consuluit Assisij.

ADDITIONES.

a B.L.¶Subscriptionem.Vide Ang.consi.ccxx.z cclxxxiij. pau.de ca.consi.ccxx.Bal.consi.lxij.v.lib.

b ¶C.cum p.tabellio.Addite vltra ea que ponunt̄ p Cano.in c. cū p.tabellio.de fi.instr.cōsi.Ang.incipiēs.pater stipulatus est dotē.nu.clxxx.in stampa papi.z aliud consi.pau.de ca.cōsi.cccxxx.z aliud consi.Ang.cccxxxj.inci.requiritur inter cetera.

CONSIL. CLXIIII.

Commissio citationis non est necesse q̄ fiat a iudice sedente pro tribunali:sed satis est q̄ fiat extra iudicium,ita non vitiatur propterea processus.Item de actu facto a iudice dilatione pendente.

1 ☞In citatione non requiritur commissio iudicis pro tribunali sedentis.

a **Processus** z sinia videntur legitime facti nō obstāte q̄ citatio nō fuit cōmissa a iudice sedēte pro tribunali,quia hoc nō requirit,cum nulla cause cognitio requiratur,imo sic necesse habet facere iudex.vt ptz ex forma statuti,ergo,&c.vt ff.de in diem addi.l.voluit.Hoc etiā est de iure cōi.vt ff.de arb.l.diem proferre.in prin.z l.sed si interpellatur.§.i.† Ité non ob.q̄ pronunciatio facta de patre nō admittēdo,fuit facta dilatione pēdente:quia ex eo q̄ pater dixerat se nō reperire filiū,fuit finita cā dilationis,z p cōsequēs dilatio:sicut si ille q̄ haberet ad cōparēdum terminū octo dierū,cōparet in primo die.ff.de acq.her.l.si quis heres ita in proposito.ff.ad Treb.l.a filia.§.j.in quibus est expressum,z illud qꝺ pater dicit se non reperire,cū non relevat,quia qñ terminus datur vni ad denunciandū alteri ille ꝺz venire,vel mittere,alias iudex debet procedere,vt C.vbi de cri.ag.opor.authē.qua in provincia.Ita facit iudex hic,z optime. Non obstat cōpartitio patris:quia ex istis causis allegatis p iudicē iudex non admittebat eum. Ité pro processu facit illud expssum statutum,qꝺ loquitur,qꝺ exbanniti propter contumaciaz intelligantur rite exbanniti,z condemnati:quod statutum tollit omne dubium:z ita de iure videtur mihi. Barto.

ADDITIO.

a B.L.¶Pro tribunali.Vide Roma.consi.xcviij.

CONSIL. CLXV.

An cōdēnatus aliquo mō de falsa moneta pōt appellare, z si appellet que sunt partes iudicis appellationis,strāte statuto,&c.

1 ☞Appellari potest a qualibet sententia in se,nisi reperiatur prohibitum.

2 Mandatum deliberandi factum,habetur loco consilij.

In questione qua querit an ser Leon⁹ ,possit appellare a sinia z se lata.Scdo.si pōt appellare,que inia fit per iudicē appellationis feredā.Circa primū,viso processu z eius tenore,vt de iure dicendū,qꝺ dictus ser Leonus appellare possit,z hoc ostēdit sic:Certū est.† qꝺ de iure cōi habemus regulā ghalem,q̄ a qualibet inia pōt appellari,nisi reperiat expresse prohibitū.l.z in maioribus.z l.a pro cōsulibus.C.de ap. Sz in casu nostro nō est prohibita appellatio,nec de iure coi, nec de iure speciali,ergo,&c.De iure coi costat qꝺ nō pro oi falso prohibetur appellatio,sed solū pro falsa moneta.In alijs vero supponētibus suā monetā pro alia,hoc non reperit prohibitū,ergo,&c.Ité nec de iure municipali Tuderti hoc reperit prohibitū,qꝺ statuto ciuitatis Tuderti prohibetur appellatio,a si quis condēnatus fuit pro falsitate,sed iste ser Leon⁹ nō fuit sic condēnatus.imo pro delicto nullo,z nō punibili cōdēnat⁹ est,z non ex aliqua iusta cā.Nam si recte inspiciuntur verba statuti ciuitatis Tuderti,z inspiciātur verba cōdemnationis,dictus ser Leonus dicitur mādasse,z consilū dedisse post̄q̄ predicta omnia iam deliberauerat,z sic dedit consilū ei qui alias erat facturus.quod est factū non punibile,vt optime probatur Inst. de ob.que ex delic.nas.in prin.z l.sepe.in fi.de ver.sig.z l.j.§.per2 suadere.de ser.cor.z ibi not.† Non obstat si dicat,qꝺ hic fecit plus,qꝺ mādauit.Nam hoc casu mādatū factum ei,q̄ deliberaret,ide est quod consiliū.l.ij.in fi.ff.mand.z ibi gl.no.z tūc si de ne aduertatur.nō obs.no.per Dy.in c.nullus ex cōsilio.de reg. iur.lib.vj.qꝺ illud debet intelligi in delictis,que sola animi corruptione committunt̄,vt serui corruptio,vt d.l.j.§.persuadere. z no.ff.de iniu.l.non solū.§.Proculus.prout est in litera,volēti,&c.qꝺ ista litera videtur approbari p gl.in d.l.sepe.sed posito, qꝺ esset vera illa lectio.d.§.Proculus.ille haberet locum circa rē furtiuam.vt ibi expresse dicit gl.&c.Non ob stat si dicat. hic fecit plus,qꝺ dedit auxilium,vt in inquisitione contineā,nam quantū ad dictū ser Leonū nil relevat.Nā in inquisitione non declaratur,qꝺ auxiliū dederit,nisi quod dederit auxilium predicto modo,scz mandādo,z consulendo,z sic videtur incertum in inquisitione deductum.Bar.de Saxoferrato.

ADDITIONES.

a Th.D.Prohibetur appellatio.No.q̄ prohibitio appellandi a sententia debet stricte interpretari.sm Bar.hic,z eundē bar. in l.ij.C.quorum app.vide Ang.in consi.cvij.Jacobell⁹ z Lucas.z ponit do.Phil.Dec.in consi.ccclx.persecutatis.

b B.Lan.¶Consiliū.Vide Ang.in cōsi.xxij.Bal.cōsi.ccxx.iij.li.

CONSIL. CLXVI.

Si ego vēdo tibi rē pro pretio qꝺ arbitratus fuit Titius z ante suum arbitramētum ego sum exbannitus.z mea bona sunt publicata.z postea fuit Titius arbitratus an valeat arbitramentum factum me absente.z post bonorum publicationem.

1 ☞Arbitrator non debet iudicialiter cognoscere sed extraiudicialiter se de negotio informare.

2 Partis presentia non requiritur,quando per iudicez fit actus non in forma iudicij.

3 Compromissum non potest prorogari absente parte.

4 Verbum placuerit,in compromissis positum,quid importet.

5 Iudex in decernendo modum in alimentis pupillo prestandis quid facere debeat.

6 Arbitramentum factum post quadriennium,an valeat.

7 Arbitrari nolle quomodo quis dicatur.

8 Arbitramentum factum bonis publicatis,an valeat.

a **Clamanus** de Spoleto vēdidit cuidā vinā suā possessionē,pro pretio quod arbitrabitur d.Ray.qui arbitrat⁹ est absente vēditore,z post quadriennium vēditore exbannito,z bonis eius publicatis,ex hoc sequitur dubium,an arbitramentum latum absente,z irrequisito venditore,valeat.Secūdo,an valeat.qꝺ latum post quadriennū.Tertio an valeat ex eo q̄ latum post public.bonorū.¶Super primo dico,q̄ Bc. alias Jac.de Beluis.ff.de ver.obl.in l.si quis arbitratu.dicit,q̄ non valeat.per ipsam legē,quam allegat pro casu,qꝺ si posset fieri absente parte,stipulator nō esset in mora.Ita tz Ly.in l.ij.C. de contrah.emp.Quidam vero aduocati cōsuluerunt ꝺnum his rōnibus.† Primo,qꝺ arbitrator non ꝺz iudicialiter cognoscere,sed extraiudicialiter se de negotio informare debet,vt no. Jun.in c.Quintauallis.extra de iureiu.facit,qꝺ no.ff.de iud.l. j.de arbi.l.sed z si in seruum.§.si quis iudex.z qꝺ ibi no.z in authē.vt diff.iud.§.j.cum gl.sed ea que hunt fine cause cognitione, non requirūt partis presentiā.l.diem proferre.§.j.ff.de arb.z l. 2 sed z si interpellat.§.j.eo.ti.† Preterea videmus,qꝺ qñ aliquis c actus fit per iudicē non in forma iudicij,non requiritur partis presentia.ff.de bon.posſ.gl.in l.iij.§.si causa.in verb.pro tribunali.z l.seruus bonorū.in glo.in verb.de conditione.¶Preterea, talis arbiter ꝳz nudum ministerū facti,sicut executor,qui pōt expedire sibi cōmissa.etiam parte non citata.z cā non cognita. vt C.de execu.rei iud.l.si vt proponis.z quod no.per Jun.in c. dudum.ver.Item ꝳz.de presumpt.¶Preterea,tpe arbitramenti non debet requiri presentia partis,sicut in cuctum cuiuslibet alterius conditionis,vt puta si nauis venerit,ex Asia.Nā esset ridiculum quod naue veniēte ex Asia requirat partis presentia.Ille sunt rōnes illius Jurisconsulti,ad l.si quis arbitratu. Rideo,qꝺ ibi potest intelligi q̄ fuit actū,q̄ parte presente arbitraret.Vel potest dici,qꝺ ibi adhibuit aliud impedimentum 3 mortis,vel simile,z sic arbitrari non posset.† Vel dic,q̄ ibi fuit actū de prorogādo cōpromissum,quod nō posset fieri parte absente.l.si cū dies.§.fi.de arbi.Hec sunt verba illius consultoris. Et licet predicta subtiliter dicta sint,ego a sententia petr.z Ly. non recedo:sed dico eos indubitanter dicere veritatem.¶Primo,per d.l.si quis arbitratu,vbi vere est casus.Nā si posset fieri absente parte,non diceretur fieri mora per stipulationem.l. diem proferre.§.si quis litigatorum.ff.de arbi.Hec ob.dicte rē spōsiones:qꝺ omnes sunt diminationes.¶Preterea,de hoc est casus expressus.ff.de edil.edi.l.quod si nolit.§.si quid ita.cir.fin. vbi ꝺr,q̄ ille qui emit rem,z nisi placuerit,nēpta sit,vel fiat:nō 4 pōt ad placitū suum,z voluntatē exprimere parte absente.† Et est aduertendū.q̄ illud verbū placuerit,idē importat q̄ si arbitratus fuerit,scz,arbitrio boni viri.l.Thais.§. sororem.ff.de

fidei.li. ¶Preterea.est etiam casus de secun.nup.l.hac edictali.§. h.o illud.vbi dicitur,qõ tales arbitri positi a partibus ad finẽ
d dum.seu pretium conficiẽdum,coguntur iurare,&z ab his iura
mentũ exigitur:ergo patet qõ pars dz esse presens,vt iuramentum exigatur,arg.l.si qñ.C.de testib.†Preterea hoc videmus
5 expressum in iudice,qui tz non in forma iudicij cognoscit,vt qñ decreuit modum alimẽtis prestandis pupillo,dz cognitionem adhibere,z partes interrogare,z explicare ea,que circa predicta expediũt.ff.vbi pu.edu.debe.l.ius alimentorũ.§.sed si non cõstat,ita debuit facere hic arbi.z cũ non fecerit non vz arbitramẽtum.¶Preterea.h.d.ter.expresse in arbitratore,q debuit discutere partes,z eas interrogare,qd velint,q̃tum existimant. Ista cm̃ est amicabilis cõpositio.l.si de meis.alias.incl.idẽ Põponius.§.recepisse.in fi.ff.de arb.¶Preterea expressum vt in l.legatum.ff.de vsufr.leg.vbi,qñ sit arbitramẽtum illud de trãsmu
e tãdo legata de vna re,in aliã,debẽt oẽs,quorũ interest citari.e ¶Ito hoc facit ro naturalis,iuris dispositio que est q debẽt requiri hi qui lederẽtur.¶Possent em̃ per presentiã eius trahere ad aliam arbitratorẽ in aliã suiam.ff.de arbi.l.si.§.itẽ si vnus.in fi.q1 illud est in mero executore.¶Nõ ob.lex allegata in Zitus.de bo.pos.q2 loquit in his,in qbus parti absenti nullũ parat̃ preiudiciũ,vt ibi pz.¶Non ob.exẽplum de executore,q2 hz locum qñ precedit cognitio plena,alias secus.l.z si non cognitio.C.si
6 contra ius,vel vtil.pub.†Super alio pũcto.an valeat arbitramẽtum,si factũ post quadriennium.&dico qõ Spe.in ti.de arb.§.differt,ver.itẽ qõ intra terminum,vt dicere,q̃ arbitramentum,non finit̃ pte triẽn.Sed nec aliquid boni allegat,nec tñ intellexit. Ideo est sciẽdum,qõ talis cõditio,si talis arbitratus fuerit,de
7 scit illo nolẽte arbitrari.l.si merces.in pri.ff.loca.z C.de contrah.emp.l.fi.z inst.co.§.pretiũ.†Quo autẽ quis dicat nolle arbitrari variant iura.Et ideo dico,q̃ qũq3 arbitriũ cõfertur in aliquẽ ex ẽptibus,loquoz in casu permisso,tũc si tale arbitriũ committit circa ea,que sunt de substãtialibus Zctus,vt circa ipsam rem,arbitrabit̃ intra lx.dies,nisi aliud tẽpus sit expressum. l.qõ si nolit.§.si quid ita.de edil.edi.Si vero arbitrium constituit circa aliam extrinsecã rẽ,z tunc arbitrari debet statim cũ põt, alias dicit nolle.l.hec venditio.ff.de ẽpt.emp.in pri.¶Facit ff. de condi.z demon.l.hec conditio.Aliquãdo arbitriũ confertur in tertiũ,vt in casu nostro,z tũc põt hoc duobus modis cõtingere,¶primo,q arbitriũ sit circa personã cui debeat acquirere, ea existẽte certa:tunc cm̃ dicit nolle arbitrari,nisi cũ fuit in iudicio interpellatus.Ante em̃ posset morã purgare.l.cũ quidã. ff.de leg.ij.z ibi no.Si vero persona est certa:sed rei declaratio, vel pretij,cõmittitur arbitrio tertij,vt in casu q.nostre,tũc dici
f tur nolle arbitrari elapso anno.¶Casus est expressus C.cõmu, de leg.l.fi.§.sed z si quis.Nec dicat aliquis,q sit speciale fauore vltime voluntatis:q2 est in eo speciale,q̃ alio nõ arbitrãte,transit arbitriũ in legatariũ,qõ non est in contractibus:q2 Zctus annullant̃ sed ñ per cursum anni desinit arbitrator posse arbitra
g re,q2 vt nolle,z sic deficit conditio,hoc est cõe tam Zctibus,q̃ vltimis voluntatibus.Et hoc sentit gl.in d.§.sed z si quis.si bene inspiciat.qõ per cursum anni,quis dicat̃ plecte nolle.prohab
8 ¶ad Tre.l.fi.§.j.†Sup tertio vero dico,qõ dictũ arbitramentũ non vz bonis publicatis,cũ ille cõsultor consuluit,qõ tenetur,z vsus est his verbis,tz cõpromissum solvatur morte,z per consequens publicatione bonorũ,l.actione.§.publicatione.ff.p soc.
h tũ hoc est quoddã pactũ,vel trãsactio,qõ trãsit ad heredẽ,h vt ff.de pro.l.si pactũ.z no.in Spe,tit.de arbi.ver.finit.z ver.sed nunquid.¶Parcat mihi ille cõsultor,nã hoc est Zter.l.quoties. §.fi.ff.de noua,vbi dicit,qõ conditio z contractus pendentes ex instrumentis,post publicationem bonorũ.non valent,z sufficit obligationẽ non oriri ciuilem,nec naturalem,qõ patet.q2 si dbi naturalis obligatio oriretur,fieret nouatio.l.j.§.j.e.ti.Dz ista venditio.de qua loquitur,est conditionalis,si ille arbitrare
i tur.l.si.de contrah.emp.ergo,ꝛc.Nec ob.quod dicitur,q̃ transit in heredem,q2 posito,quod hoc sit verum:tamen fiscus hoc
k casu non habetur loco heredis,vt dicit gl.expresse in terminis nostris.in l.nouatio.ff.de noua.z tangitur.ff.de fideiuss.l.mter cos.§.bonis.z ibi per gl.z expressius per Jac.de are.ibidez. Concluditur ergo,dictum arbitramentum esse nullum,triplici ratione,ꝛc.Et hoc dico ego Bar.

ADDITIONES.

a Th.D.¶Calamanus.Alias inci.Taliolus de Spoleto.z de hoc cõ.vide And.Sicu.in l.si quis arbitratu.in pri.in addi. Bar.de verb.obli.vbi dicit,quod est nu.cclxx.

b B.L.¶Valeat.Circa primam partẽ,q̃ arbitrator non possit arbitrari partibus absentibus,contrarium tenuit in l.si qui ex consensu.versi.sed incidenter quero.C.de episco.aud.z Ant.de Bu.Panor.Jo.de Imo.in d.c.Quintauallis.extra de iureiu.

videte per nouissimos in d.l.si quis arbitratu.Et addite consi. Federic.de Sens consi.cclxiv.

c ¶Presentia.Vide Ro.consi.lxj.Pe.de anch.consi.cccx.

d Th.D.¶Jurare.Vide Bald.in d.l.hac edictali.§.illud.ff.de sec.nup.z sequitur Mar.Soc.in rub.de dila.arti.v.in q.xxxix. facit quod no,Bal.in l.j.C.de sen.ex breui.reci.

e ¶Citari.Ro.qõ Bart.vult,q̃ in laudo arbitratoris requirat partis presentia,vel citati,contra Bar.tenet Frã.de Alb.in repe.d.l.si quis arbitratu.Bul.de Lug.in l.epũcopale.in vlti.q.z ibi Raynal.C.de epis.aud.z ibi etiam Bal.z in l.ij.C.de ed.ac. z in l.j.ad fi.C.de arb.z in repe.l.j.in v.q.prin.ff. de leg.ita tenet etiam Lano,indifferẽter in c.quintauallis.de iureiu.vbi Hostr. Ant.de bu,Jo.de Imo.Abb.z plenius Bal.Card.Flo.in consi.cxl.factũ tale est.Lud.Ro.in cõ.lxj.licet m.ibi magna fuerit dubitatio.Raph.cen.in consi.xxx.visis cõpromissis.Jo.Flor.in c.expõsita.de arbi.Aler.in cons.cxxx.in j.vol.difficultas huius negotij.adde Ang.de are.in §.pretiũ.Inst.de emp.z vend.qui tenet contra Bar.¶Ito opi.autẽ Bar.hoc idẽ tenet Bal.in d. l.si quis arbitratu.vbi ponit verba huiusce consilij,z in l.Theopompus.in pen.q.ff.de do.prelcg.z in l.j.ff.de legq.ij.z in Lalio. ff.de alimẽ.z cib.leg.z Bal.Ang.z Imo.in d.l.si quis arbitratu. z Bal.in l.nec quicquam.§.vbi decretum.ff.de offi.procõsu.z leg.z in authen.ei,qui iurat.C.de bon.auctj.iud.possid.z in ea circa fi.de inue.in mari.fac.vbi pro hoc allegg.Imo.ita consulunt Jo.de Ana.in consi.lxxxij.visis his que in facto proponũtur,vbi dicit,q̃ ista opi.Bar.est maioribus authoritatib9 z validioribus rationibus vallata,z in iudicando,z consulendo est tutior,vt dicit ¶De.Besu.in d.l.si quis arbitratu.qõ hoc sit cõmunis opi.propter quod Jas.in l.j.dicit,qõ istud verbum dominus ¶De.est bonum,q2 consulendo,z iudicando non est a sua sententia recedendum.Et retenta ista opinione Bar.cuius authoritas est suprema in actu practico.limitat hanc eandẽ Bar. opi.nouem modis,de quib9 ibi per d.Jas.z seq.cui adde Andr. Sicu.in c.illo vos.de pig.vbi ad ea que dicit in iij.limita.q̃ arbit.potest ferre sententiam,vltima die compromissi.Adde pulchrum consi.Bartho.Soc.in consi.cxxiij.presens consultatio. Ro.etiam contenta in vj.limit.z adde concord.de quibus per Feli.in c.cum olim.de re iud.z in c.veniens.de testib.z Philip. Franc.in c.ex insinuatione.in fi.de appel.vide in fine.not.per Bar.in l.j.C.de sent.ex bze.recl.z per Card.Aler.in c.cũ sit romana.de appel.que not.quia fuerunt de facto in causa domini Fran.Becci.qui per Illust.do. Jo. Sfortiam fuit carceratus z commũit duobus,vt reuideremus eius computa,qui fine causse cognitione processerunt z condemnauerunt in quatuor milia. z l.flo.dicebatur per do.Bar.in l.ij.§.si de frumentaria.ff.de admi.re.ad eum.perti.quod non debeat citari,tamen ex quo non erat notorium ipsum fuisse debitorem,imo erat dubium,z libri non erant scripti manu ipsius.Et alia multa fuerunt opposita z maxime quod non erant calculatores Communis z officiales fuit per Magnific.do.Guliel.Zan.b.rtelium Pisauri locum tenentem pro Illust.Duce Valentino in fauorem ipsius Frã. pronunciatum,qui fuit redintegratus ad sua possessiones,z per aduentum prefati Illustr.do. Joan.non fuit revocatus.in possessipsi.plenius in consilio meo.visis opportune,z discussis processibus,z modo ego,vt heres prefati Franc.possideo bona ipsius.

f ¶Anno.Idez tenet Bal.consi.cxxv.lib.iij.licet aliter loquatur consi.cclxv.lib.ij.de quo in d.l.si quis arbitratu.

g Tho.D.Molle.Adde Bart.in d.l.si quis arbitra.in iij.q.z sequitur Flo.in l.si societatem.§.arbitrorum.ff.pro so.cum cõcor. de quibus per Jas.in d.l.si quis arbi.cui adde Ang.de Are.in §.pretium.vbi doc.Justi.de emp.z vend.z vide apo.in d.l. si gs arbitratu.in verbi.nolle arbi.

h ¶Trãit ad heredẽ.Si vnus ex arbitratoribus moritur antequam compromissum,z trãseat ad heredẽ,adde plene Bar.il.si quis arbit.in fi.eũdẽ Bar.in d.l.societatẽ.§.arbit.ff.pro soc.z Pau.de Ca.in cõ.cxxx.circa primũ.z i cõ.seq.cõtra Bar.vero tenet Spec.hic alleg.z Fran.Tig.z Aler.de Im.in d.l.si quis arbit.Bal.in l.fi.C.de cotrah.emp.Can.i c.quintauallis.de iureiur.vbi Ant.de Bu,Jo.de Imo.z Abb.Zafran.de Ozi.in tra.de arbi.ver.solũ compromissum.z seq.Jas.plene in d.l.si quis arbit.licet Pau.de Ca.z Vanfran.non faciat mẽtionem.in eo autem,quod Bart.vult,quod si aliquis de compromittẽtibus est bannitus,z bona sunt publicata,finit potestas arbitrãdi, vide Barto. in d.l.si quis arbi.cum concor.de quibus ibi per Jas.in vlt.col.an autez compromissum factum per prelatum sit per turibus prelature,transeat ad heredez,z vide plene per Fli.in c.in presentia.in pri.de testib.

i ¶Heredem.Vide Pau.de Cast.consi.xxx.

k ¶Heredis.Vide Ro.consi.iij.

Consi

CONSIL. CLXVII.

Sivnus hȝ ex priuilegio qȝ possit liberare dieb⁹ certis aliquos de carceribus, statuto cauetur qȝ nullus liberetur de carcere nisi primo habuerit pacem cum offenso, z Titius blasphemauit Deum, z propterea missus est in carceres, an possit liberari per illum priuilegiatum de carceribus, z concluditur quod nc.

1 ¶Ecclesia nunquam claudit gremiū reuersis ad penitentiam.

a Quod minister fratrum de penitētia teneatur, z debeat exhere, z liberare y. captiuos de carceribus ciuitatis Perusij, in die Cineris sancti, z duos in festo natiuitatis Domini: ꝛc, nullus tñ de dicto carcere relaxetur ex qua

b cunque cā condēnatus, nisi primo habuerit pacē ab offenso⁹ vel eius herede, ista sunt verba statuti: nūc quidam est cōdēnatus, qz blasphemauit Deū, detinetur in carceribus, an possit p dictum statū relaxari: nā obstare vr qz non hȝ pace cum offenso. ¶Super quo puncto dico, talē posse a carceribus liberari. Nam hȝ pacē ab offenso, nam blasphemādo Deus principaliter offenditur. Sȝ nos videmus, qȝ Imperator ei, qui blasphemauit facit pacē, z remissionē de iure, ergo idē i statuto scripto, vt C. si quis impe. maled. l. j. ergo multo magis De⁹ misericors cui ē propriū misereri semper z parcere. Et hoc est qȝ dr alibi,

1 ¶Ecclesia nunq⁹ claudit gremiū redeuntibus, vt C. de sum. trī. z fi. catho. epistola, inter claras. cir. fi. z alibi, veniam penitentibus damus. C. de her. auth. Bazaros, in fi. Eñ sine dubio sola confessione, z remissione simplicis sacerdotis dr habere pacē ab offenso. Vel si diceretur non reperiri offensum, qui posset facere pacē: tunc dico qȝ illa clausula, nullus tñ ꝛc. non pot referri ad crimina vbi nullus offenditur, sȝ ibi quis punitur, qz cōtra bonos mores facit. ff. de postul. l. j. ꝛc. z qȝ ibi no. sez, qȝ clausula vltimo posita refertur ad ea, ad que cōmode pōt referri, z secm hoc remanet iste condēnatus de hoc crimine, sub precedēti distinctione, absqȝ hac vltima limitatione, z sic poterit merito a carceribus relaxari. Bar.

ADDITIONES.

a Th. D. C. Similiter. Adde, qȝ istud consi. fm ordinē perusi. est in j. par. iudicioꝝ. nu. xxxvj. z alias inclam dei nole amen. ministerij. Et est notandū, qȝ blasphemans deū pōt relaxari propter pacē habita a pbytero parochiali, vigore statuti de relaxando carceratos propter pacē habitā ab offenso. Et hoc cōsi. allegatur a Ioā. Fran. in suo reper. in ver. blasphemiam. in ver. vj. z dicit sic ita practicasse. z adde, qȝ hoc cōsi. vr casus in c. in is qui prelatus, xxiij. q. iij. vbi dicit tex. qȝ que in Deū commissa sunt cū magna discretione, nō sine pena solimus relaxare. Ita cit et, qz episcopi dicuntur legati Christi, vt in can. accusatio. ij. q. vij. z in can. omnes qui. vij. q. j. vbi dr, qȝ iniuriam episcopoꝝ punire spectat ad Christū, cuius legatione funguntur. Facit et qȝ quis compelli dȝ remittere ranconē, sȝ non satisfactionē iniurie, vt in c. si quis non cōtristatus, ꝛc. d. l. Si ergo ecclesia vult quē compelli ad hoc: fortius vr, qȝ Christus cui iniuria irrogatur, hoc permittat fieri per ipsius ministros: z ibi clerici dicunt hēdes Christi. c. cum fm. de præben. ergo poterunt facere pacē, vt in verbis statuti, vel eius hēde. Et hoc vltimum posset intelligi in clerico habēte curam respectu sui parochiani. Nā alienū parochianum non pōt ligare, nec soluere. c. omn. s. de pen. z remiss. extra. Adde et, qȝ hoc consi. referunt z sequntur pe. de an. z ioā. de ana. in c. fi. de maled. z phil. Dec. in cons. cxxxvij. inc. diligenter p̄o tenui facultate, vide ias. vbi plene, in l. ait prætor. in j. iurari. ff. de iureiuran.

b Offenso. Vide Fel. in c. nonnulli. de rescrip.

CONSIL. CLXVIII.

Sivnus socioꝝ habēs filium, instituit eundē filium heredē, z mandauit qȝ cōiter viueret cū alio socio, quid importet hoc aduerbium coiter, z si alius socius patris sui habebat multam familiam, z ipse nullā, an pot repetere quicquid vltra exposuit. Item, si pater suus mandauit restitui male ablata, z qȝ iraretur dicto alterius socij, quo dȝ hoc intelligi: z an sufficiat iuramentum consocij.

1 ¶Verba hec, pupillum debere morari cōmuniter cum Titio, a testatore prolata, quid importent.

2 Verba significantia communionem, ad que referantur.

3 Verbum placuerit, z stetur dicto alicuius, in testamentis positum quid importet.

4 Pactum quo p̄omittitur per aliquem stare simplici dicto alicuius, non valet.

a Fidam habens bona cōia. cum Titio suo fratre coiter viuens, fecit testamētum, in quo nihil suum pupillum heredem suum instituit, z dictus Titius eidem tutorē dedit, z inter cetera disposuit per hec verba, Item rubeo per Titiū fratrē meū restitui omne id, z quicquid ego, vel dict⁹ Titius, vel alter nostrum recepissemus, vel habuissemus illicite a quocūque de bonis cōmunibus meis, vt suis, secūdum quod ipsi Titio placuerit, hoc, z de hoc stetur dicto ipsius Titij, ꝛc. ¶Preterea, disposuit in codicillis, quod debeat stare, z morari cum dicto Titio fratre suo cōmuniter vsqȝ ad etatem xxv. an. completā. Modo, cum dictus Titius tempore testamenti, z codicillorū, z postea habuit magnā familiā, pupillus vero paruam, z quasi nullā, z dictus pupill⁹ steterit cū dicto Titio nulla facta diuisione, querit an dictus pupillus dēat aliquid rehabere a dicto Titio, qz plus fuit expensum in familia dicti Titij, quid importent dicta verba, qȝ debeāt stare cōmuniter. Secundo, cum dictus Titius asserat cū suo iuramēto se multa solusse p̄o male ablatis, nec dicat quid, vel cui, an suo dicto sit stādum: Circa primū videtur, qȝ dicta verba nil importēt, nisi quatenus dicto pupillo sit vtile, vt ff. vbi pup. edu. deb. l. j. §. j. vbi, si testōr statuit vbi pupillus dȝ morari, vel educari, statur eius voluntati quātumcumque pupillo sit vtile. ¶Preterea illa verba, dēat morari cum dicto Titio, vsque ad etatē xxv. ann. videntur adiecta in fauorē pupilli, z d. Titio nullū commodū debent afferre, ff. ad treb. l. Gemina. §. fi Gemina. z qȝ ibi no. z de vsuf. l. in fideicōmissi. fi. cū Pollidius. ecōtra videtur, qȝ dicta verba importent,

1 qȝ omnia bona sint mutuē cōmunia, dixit aūt testator, qȝ dēat morari cū dicto Titio cōiter, ex quo communionē omnium bonoꝝ videtur importare, vt ff. de le. j. l. fi. §. Lucius. cū ibi all. in gl. z ff. ad Treb. l. Lucius. in princ. incip. ¶His sic allegatis p̄missis, in q. nostra dico, qȝ verba significantia communionē referunt qñqȝ ad res, seu bona, z tunc sine dubio significāt, vt bo-

2 na ipsa sint cōmunia equaliter, vt d. legib. ¶Quādoqȝ nō refertur verbum cōe, ad res, sed ad aliū actum, vt in q. p̄opōsita: vbi verbum cōiter, refertur ad stare, z morari, z tūc verba sunt dubia. ¶Possent enim intelligi, qȝ solū exp̄sse victus fierēt cōmuniter, l. equaliter z debeat quilibet cōferre, vt ff. de collat. l. j. circa p̄in. z Lūj. in fi. Et hoc crederē ego esse verum in dubio, in pluribus habētibus patrimoniū indiuisum, vt dicimus in pluribus scholaribus, qui stāt, z morātur cōiter, id est, equaliter victum conferūt, vt d. l. Sed quādoqȝ ista verba sunt relata ad plures habētes patrimonium cōe, vt fuit in q. p̄opōsita, tūc credo, qȝ ista verba debeāt intelligi, qȝ oēs fructus communiter, z equaliter percipiantur, z expendantur, vt ille Titius ratione maioris familie plus ponere non cogatur. Et hoc p̄obat primo ex verbo communiter, qȝ debet exp̄mi, id est, equaliter, vt d. l. fi. §. Lucius. de leg. ij. vbi videt casus, z in feud. de duob. fra. de nouo benef. inuest. c. ij. duo fratres. Facit optime. ff. p̄o so. l. cū duobus. §. papinianus, alias incip. l. si fratres. hoc etiā fortificatur, qz dicere viuere communiter, importat qȝ ratione maioris familie a dicto Titio nō exigat plus. per l. fi. §. fi. de dol. excep. vbi testator grauauit vnū, vt parē rationē cum suis coheredibus faceret, qȝ gl. exponit, id est, p̄o sua parte eos nō cōueniant, cū cōmuniter viuere dicatur, qȝ exponitur equaliter, seu pariter. Exponitur ergo, qȝ dictus pupill⁹ dictū Titiū. p̄o dictis fratribus, vsqȝ ad dictū tēpus nō veniat. Et ista interp̄etatione adiuuat mēs testatoris, que colligitur ex eo, qȝ ipse in sua vita fecit cum suo fratre, ex quo verba dubia declarātur. l. dānas. ff. de vsufr. leg. §. fi. z de adim. leg. l. j. z ff. de lega. j. l. fi. seruus plurium. §. fi. cum fi. Super secūdo puncto videtur, qȝ dicto ipsius Titij standū secm qȝ testator voluit. l. Theopompus. ff. de do. p̄le. vbi videt casus etiā de hoc, extra de testamen. c. cū tibi. Econtra videtur, qz ista volūtas ad secretū aliene voluntatis conferatur, z sic a iure rep̄obatur, l. captatorias. C. de her. instit. z de

3 leg. j. l. captatorie. ¶Breuiter super isto puncto de viribus duorum verborū, examinare debemus quid importent illa verba, z secundum qȝ ipsi Titio placuerit. Secūdo quid importent illa

b verba, z de hoc, dicto Titij stetur⁵. De primo dico, qȝ verbum

c placuerit, c intelligit arbitrio boni viri, vt ff. fi. fideic. li. l. Thais. §. soiore. vbi exp̄ressum est, z probat co. tit. l. Lucius. Et hoc attēto apparet, qȝ de administratione alias assertione dicti Titij non est standū, nisi in quantū, vt vir bonus arbitrabitur, id est, index, qui dicitur vir bonus, l. vir bonus. ff. iudi. sol. z l. cōtinuꝰ §. cū ita. ff. de ver. obl. z de iniur. l. sed si vnus. §. prætor ait. z not. in l. societatem. §. arbitrorum. ff. p̄o soc. Sed vir bonus nō arbitraretur nisi quatenꝰ cōstaret, z probaretur legitime ab aliquo extorti esse, l. illicitas. §. veritas. ff. de offi. p̄sid. ergo, ꝛc. De se-

d cundo cū dicitur, qȝ stetur eius dicto, ꝛc. dico, qȝ dictū statutū dicit, id qȝ inuda assertione p̄ferr, l. sciendū. §. dictū. ff. de edil. edi. Et de mera voluntate videtur conferri magis, quā in boni viri arbitriū, vt arg. l. Thais. §. Lucius. ff. de fideicom. lib. Sȝ hic apparet, an debeatur, z cui debeatur cōferri in volūtate dicti Titij, z sic talis dispositio est ipso iure nulla, vt d. l. captato-

rias, z l. captatorie, in quib⁹ est casus. Nō, obs. l. Theopōpus. q̄ ibi loquitur in dote, cuius fauore valet legatū etiā incertū, l. cū potest. §. gener. de iur. dot. Preterea, ibi testator posuit ita limitate in volūtate alterius, q̄s ille decipere nō posset, vt ibi patet. Non obst. c. cū tibi, quia illa Decretalis debet intelligi secūdum distinctionē iuris ciuilis: vel ibi loquit̄ tantū in relictis ad pias causas, secundū Innocen. sed hoc non est relictū ad pias
4 causas, sed magis est relinquere alteri⁹ debitū. †Preterea: pro hoc facit illud, q̄s quidam doc. dicunt, q̄s si in cōtractib⁹ promitto stare simplici dicto tuo, hoc pactū nō valet, vt tenet Ly. de episc. z cle. l. si quis in cōscribendo, tāgitur in Spec. de prob. §. nunc videndum restat. versi. si ibi, vbi dicitur, quod tale pactū valet, sed si reducitur ad arbitrium boni viri, vt ipse not. ff. de pre. stipu. l. se. Ego tamen dico in proposito talem dispositionē
e nullius esse momēti, z assertioni dicti Titij standum non esse, z non plus. Bart. de Saxoferrato.

ADDITIONES.

a Tho. D. Quidā habens. Istud cōsilium alias inci. Bono. quidā, z secundū ordinē Peru. est xu. ij. secundū Pe. cozze. in l. captatorias. C. de testa. milit. z ibi videas. z vide Pe. de Ubal. ponentem hoc consiliū de verbo ad verbū, in tractatu de duobus fratribus, in vj. parte. prin. in xxxvj. quest. princip. z Jason in l. iusiurandū quod ex conuentione. ff. de iureiuran. z Aler. in l. j. C. de sacrosan. ecclesijs. in addit. Bar. incip. volūtas. z plene per Jas. in l. vt nemini. C. de colla. z Aleran. in consi. lxiij. circa id quod queritur. Item alias incip. hoc consi. Machomēsis: z ita alleg. Barb. in l. Titij, z Meuium. §. alteri in add. que incip. z ideo. ff. de administrat. tuto. alias incip. Bertomiensis: z vide Aler. in consi. lxxvj. viso themate. in quarto volu.

b Stetur. Vide Jas. in l. iusiurandum quod ex conuentione. ff. de iureiuran.

c Placuerit. Vide Abbat. cons. iij.

d Th. D. Secundo cum dicitur. De isto consilio facit mentionem Bart. in l. Theopompus. vers. quero, dicit testator. ff. de do. preleg. z ibi vide que scripsi in addi.

e Non esse. Vide late Alex. consi. clvij. lib. j. Ang. ccj.

CONSIL. CLXIX.

Si statuto cauet̄ quod citat⁹ ad citationē, si cōparet ad se excusādū nō posset capi illa die nec sequēti, p debito: z vnus exbānitus fuit cōdemnatus de pecunia, z venit ad se excusandū, an pōt capi stante dicto statuto.

1 Statutum disponens, quod quis nō possit pro aliquo debito capi: quomodo intelligatur.

2 Securitas data vigore statuti, nō dz intelligi d bonis publicis.

3 Statutum debet intelligi secundū propriam significationem.

4 Ciuitas Tudertina in suis debitis de iure cōmuni, vel priuato non habet priuilegia.

a **Statutum** Ciuitatis Tuderti dicit, q̄s si quis fuerit citat⁹ ad se excusandū ab accusatiōe vel inquisitione. z cōparuit illa die z sequēti, capi nō posset pro aliquo debito, alias delicto etc. Cōtigit quod quidā Andreolus erat pro quibusdā debitis exbānitus, z cōdemnatus in pecuniā, qui citatus comparuit ad excusandū se, z post excusationē eadē die fuit captus
1 pro dicta cōdēnatione. †Queritur, an potuerit capi de iure. Et videt̄, q̄s sic, quia talis securitas data a statuto, quod nō possit pro aliquo debito capi, debet intelligi preterquā de maleficio. Hoc probat C. de his qui ad eccle. confu. l. ij. cum sua gl. ossa. in authen. de mand. princ. §. neq; autē. z ibi not. in glo. vbi dicitur quod fiducia data de cōfugientibus ad ecclesiā, non habet locū in maleficijs ibidē exceptuatis, z idem dicit glo. in omni maleficio. Preterea, quādoq; a lege dat̄ securitas, ne quis capiat̄
b intra domū, tamē hoc intelligitur preterquā in causa criminali, b ff. de in ius voc. l. plerique, z ibi not. z de reg. iu. l. nemo de domo. †Preterea, securitas data nō debet intelligi d bonis publicis, vt in aut. de mand. princ. §. publicarū. Sic ergo predictum statutū limitat, z restringitur secundū dispositionē iuris communis, vt l. vt gradatim. §. sed z si lege. ff. de muner. z hon. †Preterea, statutū debet intelligi secūdū propriā significationē, l. nō
3 aliter. ff. de leg. iij. de exer. l. j. §. si is qui nauē. Sed debitor, z creditor proprie est quando alienā fidem quis sequit̄ contrahendo, vt expresse dicit̄. ff. si cert. pet. l. j. Sed si ex maleficio est quis obligatus, nō ex eo, quod quis eius fidē sit secutus, z sic non est proprie debitor. Verbū ergo statuti, quod hic dicit, pro debito etc. non habet locum in casu nostro. Econtra videtur, quod iste Andreolus erat exbānitus, z cōdemnatus. sed facta condemnatione si aliquis cōuenitur ad penā, non dicitur conueniri ex maleficio. sed ex quasi contractu, qui contrahitur, z celebratur sententia. l. iij. §. idem scribit. ff. de pecul. Et hoc etiam dicit lex, quod quando agitur de crimine ad aliquem condemnandum debet agi cōtra presidē. z ista dicitur causa criminalis: sed condēnatione facta, tūc agit̄ cōtra procuratore Cesaris, qui est iudex inter fiscū, z priuatū, z sic est casus ciuilis. nō criminalis. vt C. vbi cau. fis. l. j. Et per hoc patet respōsum ad primā, z secūdā ratiōnā allegatā in cōtrarium: q̄ verū. quādo quis capitur pro ipso
maleficio inuestigādo, z puniēdo, vnde maleficiū est causa prorima captionis: sed hic causa proxima est ille quasi cōtractus, q̄ sentētia celebratur. Unde, sicut sentētia lata p quodā priuato nō posset exequi capiēdo eius personā. ita nec etiā pro cōmuni.
4 †Preterea, ciuitas Tudertina in suis debitis de iure cōmuni,
c vtitur iure priuati, nec habet priuilegia fisci, vt ff. ad munici. sicmile C. de iure Reip. l. ij. lib. xj. sed ad petitionem vnius priuati nō posset vetāte statuto ergo, etc. Per hoc respōdetur ad tertiā rationē factā in cōtrarium, q̄ ibi loquit̄ in debito publico, hoc est in fiscali, sed ciuitas Tudertina nō habet priuilegia fisci, ergo, etc. Preterea, appellatio generalis debiti est, siue ex cōtractu, siue ex delicto. l. Brece. §. sed z si ex delicto. §. si ex debito. de fideiuss. z l. si cui. de verb. signifi. sed statutū dicit. quod nō possit capi pro aliquo delicto, ergo, etc. Et per hoc apparet respōsum ad quartā rationē q̄ in d. l. j. ponit̄ allusio, siue deriuatio vocabuli, cui nō debemus stare, si habeamus p legē alleg. aliter declaratū, sicut testamentū dicit̄ quasi testario mēntis, z tamē non omnis testatio mētis est testamentū, z idē in multis similibus. z per hoc apparet respōsum ad ea que dicunt̄, q̄ istud testamē-
tum est positū inter alia statuta, que tractāt de ciuibus: quia fateor, quod ista captura que fit pro cōdemnatione, fit pro ciuili causa, vt probatū est. Cōcludendo ergo, dico z cōsulo prefatum Andreolū ex predictis causis nō potuisse capi d iure. Hoc probo potissime per l. ij. §. legatis. de iudi. cōiuncta l. hos accusare. circa princ. de accu. vbi videtur casus. Nam in d. §. legatis. dicitur pro his qui ante contrarerūt istam eandem securitatem dedit eis lex pro his delictis: quē ante commiserunt. d. l. hos accusare. Respondeo, argumentis supradictis, quia causa istius securitatis erat necessaria: sed in iuribus contrarijs causa securitatis erat voluntaria. Nam libera voluntate quis fugit ad
d ecclesias, d vel stat in domo. Sed in questione proposita, causa securitatis similiter est necessaria, quia ad iudicium trahitur quis inuitus, ergo talis securitas data supra trahitur ad criminales condemnationes. Barto.

ADDITIONES.

a' Tho. D. Statutū. Hoc cōsiliū secundū ordinē Perusij. est i j. parte iudiciorū nu. xxviij. alias inci. in Dei nomine amen. z in quātū Bar. vult quod ex delicto, vel ex maleficio dicatur debitor. z cōprehendatur in statuto. p ter. in l. grece. §. sed z si ex delicto. ff. de fideiuss. Adde ter. in l. j. §. debitū. iuncta l. q̄ iniuriarū. ff. de const. pecu. z ita plene prosequitur do. Fran. de Are. in l. j. ff. si cer. petat. z ibi sequitur Bar. Soc. quibus adde Bart. hic. z miror, quod non allegant ipsum. an autem in materia statuti fideiussor dicatur debitor. vide bar. in d. l. i. cum addi. aleran. z Jas. in vlt. col. Et an dicatur debitum ex sententia, vide Fel. i c. fi. de prescri. Et an quod debetur actione reali dicatur debitū, vide doct. in d. l. j. ff. si cer. pet. z ange. de aret. Institut. de act. in princ. que omnia not. pro statutis loquentibus de debitore, si quis fuerit debitor. Idem adde, quod saluusconductus concessus pro debito, intelligitur etiam pro criminali secus pro aliis debitis, Ita alleg. bart. in hoc consilio Jo. Fir. in suo reper. in ver. saluusconductus. in vers. tertio.

b In causa criminali. Vide Jas. in l. plerique. de in ius vocan.

c Ciuitas Tudertina. Vide Lapum in allega. lxxx. incip. in Christi nomine, de ista ciuitate.

d Ecclesias, vide bertac. in verbo, fugiens. in ver. xiij.

CONSIL. CLXX.

Si testator habēs filiā, eā instituit, z extraneū ac religat̄ vxorē suā dominā, z vsufructuariā omniū suorum bonorū, quid ipsa vxor vigore istorum relictorum debet habere.

1 Legatum alternatiue factum intelligitur de dominio, vel vsufructu.

2 Testator relinquens vxorē dominā quid videatur ei reliquisse.

3 Interpretatio quando est contra ius commune, quousq; est standum.

f seruatur[f] omne ius sibi competēs in dictis bonis:q ius pua lebat olim relicto facto per dictū testatorē. Ad q respondetur q dicta verba debēt intelligi:vt non contineāt repugnātiam et contradictionē.l.vbi repugnantia.ff.de reg.iur.z l.quoties.z l. ambiguo,de rebus dub.q8 ergo dicit,saluo omni iure ꝛc.intel git omni alio:scilicet quā hereditario iure.Istud em ius p hanc sententiā declarat ad alios pertinere. Nā duo heredes non pos sunt esse insolidū,vt ff.de reg.iur.l.q contra.§.vnus. maxime vnus ex testamento alius ab intestato:quod ius nostrum non patitur.Cum ergo illi scripti declarati sunt heredes ex testamē to non pōt intelligi predicto filio reseruatum ius ab intestato. ¶Quinto videndū est,de viribus illoꝝ verboꝝ appositoꝝ in pdicta sententia:videlicet insuper cum dicto onere q de re
6 siduo eius dentur Angeloto filio dicti mei legata eidem Ange loto in vltima volūtate relicta.†Ad q dico,quod cū dicta ver ba proferātur simpliciter,scilicet q dentur,nec dicatur a quo, debent intelligi simpliciter,scdm formā dicte vltime volūtatis, videlicet q si dictū testamentū valet,dicta legata dentur ab he redibus iustitutis,si non valeat,dentur ab heredib⁹ ab inte stato,cum in dicto testamento sint dicta verba,si non valeat iu re testamēti,valeat iure codicillorum,per que verba videntur rogati,tam instituti,quam venientes ab intestato,vt dicunt iura vulgaria. Ex quibus concluditur dictum Lyonem excu

dendum

dendum a petitione dictarum rerum legatarum dicto Angeloto. Primo, qꝛ dicte res ad dictum Lyonem non possunt pertinere ex vigore l. j. C. de natu. libe. quia non est de personis ibi numeratis. Item, non possunt ad dictum Lyonem pertinere, tanquam heredem scriptū: quia nō est heres scriptus contra eum, vt dictum est, nec etiam reseruatio facta p eo aliquid releuat, vt supra dictum est. Obstat etiam dicto Lyoni, quia posito, qꝫ sit heres ab intestato, non tenetur ad dicta legata, vt in sententia declaratum est. Et dolo facit, qui petit quod restituendum est. Bart.

ADDITIONES.

a Tho. Dip. ¶ Also testamēto. Alias incip. viso testamēto Natalini, z vide de isto consi. per Andr. Barba. in l. j. v. q. in addit. Bar. ff. de iur. cod. Et no. istud consi. quia est pulchrum, z no. ex quo primo no. quod prohibitus succedere per statutū preteritus non rumpit testamētum. Secundo no. quod excluſi a successione facto testatoris eos non instituētis impedimēto sunt, perinde ac si succederēt, z repellunt quem a successione, ac si eisdem fuisset portio assignata.

b Ber. Lan. ¶ Non rumpit. Vide Paul. Cast. consi. cxlviij.

c ¶ De rigore. Vide Bar. in d. l. j. §. si pater. versic. vlti. z ibi scripti in addi. ff. de comun. cum eman. lib. Tho. D.

d ¶ Institutus. Vide Alex. consi. cxxxviij. lib. iiij.

e Tho. D. ¶ Sententie late. Not. quod sententia lata in fauorem heredum prodest legatarijs, z aliꝫ si est lata cum legitimo contradictore.

f ¶ Reseruatur. Not. quid operentur illa verba, saluo z reseruato omni iure ꝛc. quia intelligitur, scilicet alio quam hereditario, z de tali reseruatione meminit glo. in l. quidam Labeo. §. pater. ff. fami. ercis.

CONSIL. CCVI.

De Publiciana quādo cōpetat, z quid requiritur in ea, vt procedat libellus iure dominij, vel quasi. Item, si tu possides nomine meo precario pcedente titulo, an cōpetat mihi Publiciana contra te, vel contra tertium. Item, si statuto cauetur qꝫ nullus procurator producat testes sub certa pena, an valeat productio testium facta contra istud statutum per procuratorem. Item, quando factum contra leges valet, vel ne.

1 ☞ Titulus ad habendum quasi dominium requiritur, z traditio possessionis, z quod res sit tradita eius nomine.

2 Testium productio per procuratorem facta, statuto prohibente, an valeat.

3 Factum contra leges, an z quando valeat.

4 In mandato generali non continetur aliquid speciale.

Inter procuratorem do. Berna. ex vna parte, z possessores ex alia, omissis alijs dubijs, videt non esse probatū rem illā pertinere ad dictam dominā iure dominij, vel quasi: z de directo dominio nō est dubiū, de quasi dominio videamus. †Et ad quasi dominū requiritur titulus, z traditio possessionis, vt ff. de publici. l. j. in princ. z qꝫ res sit tradita eius nomine. l. eum qui. §. bonā aūt. eo. tit. Sed in proposito videamus de titulo, z possessione, z ostendit instrumentū in quo dicta domina mater dicti Andree emit pro eo, vt in dicto instrumento cōtinetur quod possessio fuit tradita Andreucio Pādulphi pro dicto Andrea, nec habebat mādatum ab eo, sed solum erant negotiorū gestores, ergo antequam habuerit ratum non fuit aliquod ius quesitum dicto domino Andree l. si ego. de neg. gest. nūc videamus de ratihabitione quid constat, z ex processu nil apparet, nisi quatenus in instrumēto cessionis precarij, facto dicto Andreucio, vbi dicit certā terram emptam a dicta domina Digna eius matre, sed si illud instrumentum bene aduertatur, solum emptionem factam ab illa domina videtur ratificare, traditionem autē factam dicto Andreucio non proponitur eam ratam habuisse nec sciuisse: z sic ei nec eius heredi, ex hoc publiciana competere nō possit. Sed vidēdum est, an eo qꝫ repertū est, quod Andreucius postea possedit, z ab ipso dicto Andrea precario rogauerat ex hac possessione, cum titulo precedenti, competat publiciana. Et videt qꝫ non, quia tempore quo concessit precario dictus Andreas non possidebat, vt dictum est, nec postea ex instrumento precarij nō habuit animum querendi possessionē per dictum Andreucium, sed ius retinēdi sibi reseruauit omnes possessiones, sed animus retinēdi non inducit animum acquirendi, vt tenet gloss. in his terminis. ff. de acquir. poss. l. iij. super verb. animo. in fi. Istam gloss. nullus reprehendit, ego solus cōtra. Preterea, apparet, quod possessio fuerit tradita, quod requirit. z traditio que fuit facta Andreucio, nō fuit habita rata. Preterea, posito qꝫ possessionem quesiuisset per precarij concessionem factam ab Andreucio, sequeretur quod possessionē habuit ab vno, titulum ab

a alio qꝫ nō sufficit ad publicianā, nec ad vsucapionē. ff. de vsuc.

2 l. cū solus. z ibi per gl. † Superest vt videamus de productione testium facta per procuratorē, vetāte statuto, an valeat: quo statuto cauetur qꝫ nullus procurator constitutus per principalē p sonam, pducat testes in causa, z indubitanter dico, quod nō, qꝛ factum lege vetāte. l. non dubium. C. de legib. Et si dicatur, statutum vltra procedit penam imponendo, valet quod fit. l. fi. ff. de diuo. z ibi Richard. Mal. adde quod no. Ly. in d. l. nō dubiū. in fin. Ad quod dico, quod vbi lex vltra procedit penāimponēdo, actus est nullus firmioris ratione, ex eo quod pena imponit, quia illud solum sufficit ad annullandū actum. ff. de his que p non scrip. l. j. vbi est casus expressus. Non ob. d. l. fin. ff. de diuo. quia ex impositione pene apparet, qꝫ lex volunt valere diuortiū quod prohibuerat, fuit enim pena qꝫ mulier diutius nō possit

3 nubere. † Ex hoc apparet, quod senserint qꝫ diuortiū valebat, alias de iure cōmuni non poterat nubere iecūdo viro, si primū matrimonium durabat, z diuortium maluisset. Et istam rationem ponit ibi tex. expresse, z distinctio quam doc. faciunt videlicet, aut pena imponitur actu prohibito de iure cōmuni, aut prohibito de iure speciali nil valet: qꝛ est contra tex. ff. de ope. no. nū cia. l. j. §. j. z ibi no. in gl. super verb. expressum. Ham eo ipso qꝫ imponitur pena transgressionis, videtur vetare ne fiat. z annullare actum z cōstat quod interdictū de ope. no. nun. est de iure speciali, z extraordinarium. l. in prouinciali. eod. tit. Preterea, illa distinctio legis probatur, qꝛ ad l. fi. de diuo. nil facit, vt dixi ad hoc etiam in proposito, scilicet quod productio testiū nō va-

4 leat. † Probatur alia ratione incōuincibili, qꝛ procurator nō habuit mandatum ad hoc: nam in generali mandato nō venit ali-

b quid quod sit speciale. b l. fi. procurator. de condi. inde. cū simi. Ergo hec productio que est penalis non valet. z si mandatū recte inspiciatur, non habuit mandatum speciale ad producendū testes. Concluditur ergo, quod illa productio tanquam facta cōtra statutum, z tanquam facta a non habente mandatum est ipso iure nulla. Bartol.

ADDITIONES.

a Ber. Lan. ¶ Publicianam. Vide Alexand. consil. ꝛc. incip. in causa z lite coram arbitris. lib. ij.

b ¶ Speciale. Vide Roma. consil. lx.

CONSIL. CCVII.

An possessio fundi dotalis quam habet pater nomine filiorum suorum inducat additionem hereditatis materne, concluditur quod sic.

1 ☞ Possessio rei hereditarie, an inducat additionē hereditatis.

2 Dotalis res immobilis mortua vxore, debet restitui heredibus statim.

3 Dotalis fundus presumitur possessus a marito post mortez vxoris z filiorum infantium iure hereditario.

4 Actus omnis intelligitur gestus eo modo quo iuste geri pōt.

a In questione inter Fracisc̄um Piccoli. z Joānē Patrioli ostē sum, est mihi consiliuz cuiusdaz sapientis, in quo in effectu continetur, quod nō est probatum additionē hereditatis, vt dicitur fuisse factā per Benedictū heredē filiorum domine M. vxoris dicti Benedicti: licet in veritate pbatum sit funduz, q dotalis fuit dicte domine M. possessuz fuisse per dictū dominū benedictum, post mortē dicte domine M. ipso sciente mortem eius in vita dictorum filiozum infantiū, z post mortē ipsoz̄ filiozum, qui decesserunt in infantili etate, si

1 militer probatum est dictū fundū possessum esse. † Ratio, que mouet ipsum consultorem, per dictū Benedictū, est ista. Haz ipse confitetur, z verum est, qꝫ possessio rei hereditarie, que nū quam fuisset possessa per heredem, inducit additionem hereditatis: sed cū in q. proposita dictus Benedictus possederit in vita sua ex cā dotis post mortē vxoris sue, non potest videri sibi mutasse causam possessionis, z incepisse possidere titulo p here de ipsius domine, nisi hoc expresse probetur, vt in dicto cōsilio continetur. † Hoc autem an sit verum examinandū est. Et puto clarū z manifestū contrariū esse eius qꝛ consultum est. Primo, quia certū est, qꝛ res immobilis dotalis mortua vxore dz restitui ei b heredib b statim. l. vnic. §. exactio. C. de rei vxo. acti. z sic nō pōt per virū mortua vxore licite possideri ex illa causa.

2

3 ¶ † Ex causa vero titulo hereditario, tam pro se post mortē filiorum infantiū, quam pro filijs suis ipsis vmentibus, cunquā pater z legitimus administrator ipsoz̄. poterat licite possidere, z sic isto iure presumitur possessuz esse. b ex illa causa. l. hereditaria. Hoc probat primo. per l. pro herede. §. j. z §. Papinian. b. i fi. ff. de acqui. he. vbi dꝛ, qꝫ illud qꝛ non pōt fieri citra ius z nomen heredis inducit additionē, qꝛ intelligendū est qꝛ pōt fieri. s. de iure. Hā omnis act b pōt fieri in re aliena iniuste, z tñ aditio nē nō induceret, z sic de necessitate. d. §. papinianus, intelligit

4 ¶ omnis actus intelligitur gestꝰ eo modo, quo pōt iuste. Hoc probatur per regulam generalem in l. merito. ff. p soc. qz in dubio presumitur facere eo modo quo licite pōt. Secūdo probat per casum expressum in l. nō solum. §. j. ff. de vsuc. vbi, ille qui habet aliquam possessionē quam non pōt tenere iuste, nisi ex causa hereditaria superueniēte sibi iure possidēdi titulo pro herede, incipit illo titulo possidere absqz aliqua mutatione facta. Ex quibus concluditur, quod per testes est legitime probatum per do. Benedictum esse aditam dictam hereditatem. Bart.

ADDITIONES.

a Tho. Dip. ¶ In questione. Vide Bart. in l. gerit. ff. de acquirenda hereditā. in versi. venio ad quintum, z ibi Andre. Barb. in versi. nemo.

b Bern. Lan. ¶ possessum esse. Vide Pau. de cast. cōsi. ccxxxvij. z cccxc.

CONSIL. CCVIII.

An notarius asserens se errasse in instrumento qꝰ dedit iam parti, z ostēdit protocolum suum ad hoc, an possit corrigere prefatum errorem, z an potest petere a parte cui dedit instrumētum quod restituat sibi, quia vult corrigere.

1 ☞ Notarius dicens se errasse in instrumento, an ostendendo protocolum possit illud corrigere.

2 Notario asserenti se errasse, sed non in quo, an si postmodum recordatur, debeat credi.

3 Notarius dicens se errasse in eo quod pertinet ad partem an, z quando possit se corrigere.

4 Notarij error, an possit sufficienter probari ex ostensione protocoli, z originalis.

a **Ex facto** ꝓpositio tria dubia oriuntur. Primo, an notarius instrumentū possit corrigere dicēdo se errasse, z ad probationē sui erroris ostendit protocolū, z originale in quo aliter continetur, z in hoc doc. aliqua scribūt, z Bul. in l. Imperator. ff. d stat. ho. Spec. in tit. de instrumento. edi. §. postremo. ver. sed nū qd cōfectoꝛ instrumēto. z Jac. de Bel. modicū in authen. d equando. §. illud. z Ly. in l. si quis decurio. C. de fal. Ego aūt ꝓ inuesti gauda veritate huius puncti dico sic, quod quodlibet publicū instrumentū cōtinet ista duo. Unum, qꝰ spectat ad notariū tātum. s. ponere annos domini, indictionē, diem, z mēsem, z locū, z alias solēnitates. Secundū, qꝰ cōtinet instrumentū est illud, quod spectat ad partes cōtrahentes. s. substantia cōtractus: z hic est casus questionis nostre. Est ergo vidēdū. an si circa alterum istorum notarius errasse se dicat, admitti debeat ad correctionē erroꝛis.ᵇ ¶ Et circa primū dico, qꝰ quandocūqz est error circa ea, que non vitiāt instrumētum, nec ipsum nullum reddunt, vt si in eo esset mala latinitas. tūc non vitiatur instrumētum, vt in predict. l. Imperator. de sta. ho. z per notariū pōt corrigi, l. acta apud se habita. ff. de re iudic. Quandoqz est erratum in eo, in quo instrumentū vitiatur, z tunc quādoqz cōstat, quod est erratus in quo si deficiat, vitiatur. Exemplum, si in instrumēto deficit indictio. Nam defectus indictionis, vitiat instrumētum: vt in authen. vt precipo. no. Impe. in prin. z in authē. quibus modis na. effi. legi. §. quātuz vero. z no. extra de fide instru. c. inter dilectos in gl. in verbo, indictionis: z isto casu potest corrigi, ne noceat error scribētis partib⁹. l. si in nomine. z l. erroꝛe. C. de testa. Quandoqz cōstat, quod est erratum: sed non constat in quo, vt si omissa sit dies, z sic constat de erroꝛe, sed nō in quo sit erratum, ꝛ qz non cōstat de quo, z notario dicenti se recordari debet credi, ꝓbat. qz officiali credit in officio sibi cōmisso. vt l. apparitoꝛes. C. de exact. tribu. li. x. z l. si quis decurio, C. de fal. z l. magis puto. §. si preses. ff. d reb⁹ eo. z hoc qñ est erratū in omittendo. Sed quādo est erratū in cōmittendo: puta, quia apposuit vnaz diem in instrumēto, cuz deberet apponere aliā, z isto casu nō posset se corrigere, nisi doceret d erroꝛe per testes, vel alijs modis. l. quicquid adstringende. de ꝛ. obl. in q. relpon. secundum vnam lecturam, Item qz functus est officio suo. ff. d arbi. l. dicere. in fi. z l. seq. z qꝰ ibi no. z qꝰ not. in l. iudex postea quā. in fi. ff. de reiudic. Quādoqz est erratū alio modo, vt qz de indictione non recordatur cum annis domini, z tunc consuluit Dynus quod instrumētum non vitiatur, quod non prosequor,

3 qz non pertinet ad casum nostrum. ¶ Circa secm principale, quando in eo quod pertinet ad partē, dicit se errasse, vt in proposito, qz notarius dicit se errasse ponēdo in scripto illa verba, habeat, z habere debeat libere, z expedite, ꝛc. Et in hoc dicit Bul. z Spec. Si notariꝰ vult se incōtienti corrigere, admittit, aut ex interuallo, z non pōt, nisi probato erroꝛe, vt in §. illud, in auf. d equa. do. ꝓbatur etiā. qz testis, z notarius equiparant. l. Domitius. ff d testa. Sed testis pōt corrigere incōtinenti dictū suū, in aut. de testib. §. qz vero. in gl. magna. extra de testibus cogend. in c. preterea, z sic posset etiā notarius, quozū sentētiā pu-

4 to verā. z iuri cōsonā. ¶ Est ergo videre, an in questione propo-

c sita sit sufficiēter de erroꝛe notarij probatū, z dico qꝰ sic, er ostē sione. z scriptura protocolli. z scriptura originali. Nam ex illa verificatur instrumentū extēsum, z sic videtur erratū in transcribendo. l. si librarius. ff. de reg. iu. Facit l. ij. C. de erro. aduoc. p hoc quod originali stetur, z nō scripto: exemplum. si aliter continetur in scripto, aut extēso originali, ꝓbatus sit erroꝛ. Probatur in auf. de tabel. §. pe. per hanc etiā rūdetur allegatis per aduocatum partis. in l. argētarius. in prin. ff. de eden. Hā edūtur parti requirenti protocola, vt ex eis fides scripturis inde sumptis imponatur. Concludo ergo in primo puncto, qꝰ notarius pōt suū erroꝛē corrigere, ostenso protocolo, z hoc maxime si errasse se affirmet ꝓpter iure. Ut qz etiam proponitur in pūcto, qꝰ notarius imperitia ductus, fecit notuz fieri vni partiū, altera etiam inscia, ex quo erroꝛ etiā detegitur, qz secutus illam notulam sic scripsit. Ex hoc sequit decisio secūdi z tertij dubij, videlicet qꝰ tertia pars cui notarius dedit copiam scripture, in qua cōstat ipsum errasse, cogit ipsi notario restituere. vt ipsam corrigat. z erunt partes iudicis, vt ponūciet in quārum constat ipsum notariū errasse, dictum erroꝛē per ipsum corrigi, z partē debere sibi restituere scripturā sumptā, in qua apparet erroꝛ. Ex predictis patet responsio ad iura in contrariū allegata. Hā fateoꝛ, qꝰ vbi cōstat d erroꝛe, debet corrigi. Sed in casu nostro plene de erroꝛe docetur ex protocolo, ex quo ꝓbatur rem aliter se habere. vt ꝓbatur in l. de etate. §. fi. ff. de interrog. actio. z l. cum de indebito, in prin. ff. de ꝓba. Bart.

ADDITIONES.

a Tho. Dip. ¶ Ex facto. Alias incipit, ex facto ꝓpositio. vt ecce patet tria querūtur. Et de hoc consilio vide Bart. in l. si librarius. ff. de reg. iu. z ibi Aler. in apost. vbi scripsi. z in l. Imperatoꝛ. ff. de statu homi. z in l. quoties. §. j. ff. d here. inst. z ibi apost. Aler. z Andre. Barb. vbi etiā scripsi. z Bal. in l. fi. in iij. iij. v. q. C. de edē. z in suo trac. de tabel. in rub. C. d fide instr. z l. ij. C. d fidei com. lib. z l. cum proponeretur. de leg. ij. z Ely. in c. in literis. de officio. deleg. z Aler. in l. si quis ex argentarijs. §. pretor ait. ff. d eden. z in consi. cxc. in sexto volu. plura narrata.

b Ber. Lan. ¶ Erroꝛis. Vide supra consi. cxvij. z Alexan. consi. cv. secundo lib. z lxx. lib. primo.

c Tho. D. ¶ Est ergo. Vide Alexan. in l. si quis ex argentarijs. §. pretoꝛ ait. ff. de eden. z in consi. cv. in secundo volu.

CONSIL CCIX.

Qñ condemnatio fuit facta ratione inquisitionis, vel denunciationis, que est inualida rōe loci, vel rēporis, aut probationis, siue defensionis, tūc superioꝛ debet pronūciare male iudicatum. z bene appellatum, z circa hoc vide hic aliqua bona dicta, quomodo deficit denūciatio vno de istis quatuoꝛ modis,

1 ☞ Condemnatio non potest sequi quando est erratum in loco,

2 Maleficium vigoze statuti debet denunciari tempoze limitato, vt exinde sequatur condemnatio.

3 Condemnatio efficitur inualida ex defectu probationis.

4 Nuncio referenti ex iussu iudicis se inuenisse quem in possessionem non creditur

5 Testis conditio debet inspici tempoze quo deponit.

6 Instrumentum. z statutum, an possint prestare aliquibus iustam causam possidendi, z prescribendi.

a **Visoꝓcessu** ꝓpositio Bom. z socios habitatoꝛes Castri Ueteris, d dāno dato in mōtib⁹, z dēnatione d eis facta, z recursu, seu appellatione per eos interposita de omnibus stat utis Cōmunis Murſie, ad hoc spectantibus, mihi trāsmissis, dico z consulo. quod si processus in causa recursus, seu appellationis, est rite formatus, z qꝰ partes iudicis debēt esse tales, videlicet, quod pronunciet diffinitiue male esse sententiatum, z condemnatū per dictum Petrum notarium, z bene appellatū, z recursum p dictos Bonū, z socios. Et hoc ideo, qz de maleficio non constat. Quod autem per notarium non cōstat, ꝓbatur. primo ex defectu loci: secūdo ex defectu temporis: tertio ex defectu, ꝓbationis: quarto ex defectu fa-

1 cte defensionis. ¶ Primo, dico ex defectu loci, cū enim statutum Cōmunis Murſie permittat hominibus Castri Mōtis, quod possint pascuare cum bestijs in montibus, z intra certas seynatas, isti denūciatoꝛes debuerūt ponere, quod ille locus vbi fuerunt inuēti, erat extra dictas seynatas, z sic denunciatio cōcluderet delictum, si enim per ipsos denunciantes, seu per curiam, non ostenditur limitate qualiter ipsi inuenti fuerint in dicto lo-

b co extra dictas seynatas, nō potest sequi condēnatio, ᵇ videl ca sus in l. de pupillo. §. qui nunciat. ff. de ope. no. nun. z l. nō solum §. sed vt probari. in glo. parua. super ver. conferanturqz. z optime facit clemen. constitutionem. de elect. z quod ibi no. glos. ap-

parer

paret ergo quod de maleficijs non constat. Secundo probo ex defectu temporis. Nam dicti custodes debent denũciare sequẽti die qua inuenerunt eos damnum dare, vt patet ex forma statuti. † Requiritur ergo, quod denuncietur maleficium factum
2 tuti. † Requiritur ergo, quod denuncietur maleficium factum tempore limitato: sed hic nec est assertum, nec probatum, nec de mense fuit facta mentio, nec de denũciatione, z inquisitione. Cũ ergo non fuerit tempore limitato deductum, prout statutum requirit, non apparet eos potuisse nunciare, z sic custodibus non est ibi hoc fides adhibẽda. Pro hoc est casus. ff. quod vi aut clã. l. aut qui aliter. §. j. z sic debuit sequi absolutio, vt est gl. expres-
3 sa in simili, in l. eum actum, in vlti. glo. de neg. gest. † Tertio probatur ex defectu probationis: quia aut dicit, quod maleficium est probatum per eorum confessionem, z hoc est falsum: qz ipsi confitentur de loco licito. Nec obst. quod ab aduersa parte probatum est locum fuisse illicitum, vt dictum est. Aut vult dicere esse probatum maleficium propter authoritatem denunciatorum, quibus debet credi per formam statutorum, z hoc non est verũ. Primo, qz denũciatores nõ sunt tales, quibus debeat credi propter defectũ electionis. Nam statuto cauetur, qõ debeant eligi in principio mensis Aprilis, z si contra fiet, non valet, sed isti non fuerunt electi in principio mensis Aprilis, vt probabo: ergo non sortitur effectum, quia statutum se refert ad initium: ergo, &c. l. quid ergo. in princ. ff. de his qui no. infa. Sed hic non fuerũt custodes creati in principio mẽsis: siue accipiamus principium, quod nil ante se habeat, vt in §. discipuli. in j. const. Dig. siue accipiamus principium, quod vadit vsque ad medium, vt not. ff. si quis ius dicen. non obtempe. l. vnic. in fi. magne glo. hic eũ fuit facta electio die vigesimanona mẽsis Aprilis, z sic post medium mensem, z sic concluditur quod eorum electio non valuit, z eis non est adhibenda fides. Preterea, posito q hoc verum non sit quod essent legitime electi, tamen eis fides non est adhibẽda. Nã si bene statutũ inspiciaf, z additio facta ad illud non est istis denunciatoribus credendum nisi de his, que dixerint se vidisse, z sic de his que per visum percipiuntur. z si bene inspiciatur denunciatio eorum, ipsi denũciauerunt illis, quod facere non debuerũt, z iniuste respectu loci, sed ideo quia pecudes erant aliene, z nõ proprie: quia tenere pecudes ppias hominibus illius castri, est permissum ex forma statuti: sed hoc, an aliquid sit proprium, vel alienum, nõ potest percipi per visum: quia dominium est quid incorporale, vt patet ad sensum, z not. per Innocen. de testi. cap. cum causam. ergo supra scriptis de
c nunciatoribus non debet credi, imo presumptione iuris: pecudes sunt eorũ, qui possident eas: sicut statim dicam. Et quod dicta sint vera, probatur per simile. iura dicunt, quod nũcio iura-
d to creditur. † Modo pone, iudex commisit nuncio, vt mitteret
4 B. in bono, possessionez B. z retulit se immisisse in possessionem bono. dicti B. secundũ preceptum iudicis, creditur ne ei? Certe non, imo statim quod ille tertius venit, z probauit se res possedisse presumentur sue, z reuocabitur immissio, vt ff. de re iudica. l. a diuo pio. in §. si super rebus. in glo. parua, super versi. stat, presumit enim lex bona esse possidẽtis, vt C. ne vxor pro mari. l. ob matrimonium. super gl. parua, super verbo, occupare. z ibi per Lyn. z ff. de condition. instit. in l. quidam in suo. in fin. glo. magn. e. Facit ff. de solut. l. Titia, z ff. famil. ercis. l. j. quod no. per glos. si ser-
ven. l. sicuti. §. sed si queratur. z hoc verum, quod preiumitur dominus quantum ad se defendẽdũ: secus ad agendũ. z sic obstat quod no. in l. cũ res. C. de prob. z apparet dictas pecudes fuisse ipsorum inquisitorũ. Quarto probatur ex virtute facte defẽsionis. Nam probatur per dictos cõdẽnatos, per plures testes dicta loca in scripnatas cõcessa. Nec obst. qõ dicatur, q illi testes q probant sunt participes criminis: qz ipsi fuerũt denunciati, qõ denũciare non poterant, tam ex rerum defectu, quam in persona denunciatorũ, q etiã ex defectu temporis: qz nõ dixit preceden-
5 dentibus die, &c. vt manifeste apparet. † Item, qz cõditio testis debet inspici tempore quo deponit. l. ad testium. §. j. ff. de testamẽ. Primo probauerunt ad sui defensionẽ, concessionem eis factã a Cõmuni. Nec ob. si dicatur, q instrumentũ syndicatus, z predicta. sunt copie, qz eorum titulus est cõfirmatus per plura statuta Communis Murlie, z cũ non reperiatur illa cõcessio, oportet quod referantur illa statuta ad cõcessionem, de qua in istis
6 instrumẽtis fit mentio. vt extra de fide instru. c. cum Joã. † Preterea, instrumenta simul, z statuta, sine dubio prestãt, z prestitit hominibus dicti Castri Mõtis instam causam possidendi, z prescribendi. l. Celsus. ff. de vsuca. z ff. pro sol. l. si existimas. cum sim, z tunc apparet eis fuisse factam dictam concessionem, z quod possederint in illis montibus ex vigore illius tituli. z videntur possidere, vt C. de acqui. pos. l. j. z quod no. ff. de rei ven. l. quedam. Ex quibus patet ipsos potuisse alias bestias licite tenere. z sic totaliter fuisse absoluendos, z in causa appellationis pronunciatum esse, vt ẽ dictum est. Bart.

a Th. D. Ciso processu. Vide Bar. in l. habebat. in princ. ff. & exerci. z ibi apost. in versi. si non probat. in fi.
b B. Lan. Condemnatio. Sequitur Bar. consi. cxlix. lib. iij.
c Th. D. Presumptione iuris. Vide Bellum & sancto Geminiano in tract. de testib. in ver. qualiter testes sunt examinandi.
d B. Lan. Iurato. Vide Pau. de Ca. consi. liij. z cõsi. cclxxv. z Ro. consi. cccclxiij.

CONSIL. CCX.

An legata, vel fideicõmissa relicta a testatore in testamẽto debeant per clausulã codicillarẽ, si post mortẽ testatoris nascatur posthumus, qui ab eo preteritus est. Item, an habeat tunc locum auth. ex causa. C. de lib. pret.

1 Heredes scripti non possunt petere quod legata, vel fideicommissa debeantur per clausulam codicillarem.
2 Legata, z fideicommissa reuocantur per natiuitatem filij, sicut donatio.
3 Clausula codicillaris in testamento quid operetur.
4 Codicillos facere simpliciter, z dicere, si non valet, sunt diuersa.
5 Legata, an debeantur vigore auth. ex causa. C. de lib. preteritis. Circunscribere quid sit.

a **One illud** a quod alias cõsului, z qõ ad ditores meos docui, z qõ in scriptis, meisqz lecturis redegi, hoc nũc ẽsulo, scilicet qõ ex vigore dictorũ verborũ, si nõ valet, vel valebit, &c. scripti heredes nõ possũt petere quod fideicõmissa, vel legata debeãtur in casu predicto, quod probo rationib?, z legi-
1 bus. † Sicut hic per testantẽ inserta est clausula, si nõ valet, vel valebit, &c. ita in testamẽto militari est de iure clausula, si nõ valebit iure cõmuni, valeat iure militũ, vt ff. de testa. mil. l. iij. sed in testamento militis hec clausula nõ extẽditur ad casum, quãdo nascitur posthumus, & quo nõ cogitauit testator, vt C. de testa-
2 mẽto mil. l. si cũ velin vtero. ergo eodẽ modo in proposito. † Secundo per rationẽ l. si vnquã. C. de reuoc. don. Nam si propter filij natiuitatẽ reuocatur donatio iam facta, multo magis legata, z fideicõmissa. Tertio p ter. ff. de vul. z pupi. l. ex facto. vers. nec enim, vbi expresse etiã dicitur, qõ non est verisimile principem, vel testatorẽ, de hoc casu cogitasse, vt voluerit filios nascituros ex se hereditate priuare. Quarto, per ter. l. pe. ff. de in. cod. vbi dicitur, quod nec est verisimile pdicta reliquisse. si de filijs cogitasset. Nec obst. l. si quis cũ testamentũ. ff. de in. codi. qz ibi expsse testator voluit legata deberi a quocunqz qui sibi futur? esset heres absqz aliqua ꝯditione, vnde etiã posthumus institutus videtur tacite de hoc rogatus, vt ibi dicitur in ter. q hic nõ est simo posthumus est preteritus, z vt preterit? rũpit testa-
3 mentũ, z sic videtur eũ fideicõmisso grauasse. † Quinto probat sic, dicta verba, si nõ valet, vel valebit, hoc operãtur, vt in causã fideicõmissariam, z codicillor? ius prioris testamenti transferatur, vt ff. de testa. mil. l. querebatur, vbi ter. hoc expresse dicit, q verba hoc important, vt quibuscunqz verbis conditiones cessare voluit. heredes z legatarios haberet ex testamento: sed hoc immutatur, quod prius debebatur iure directo, non iure fideicommissario debeatur, z nil aliud per dicta verba additur, sed non est dubium, quod ex vigore testamenti, testator voluit instituere heredem, si posthumus, de quo non cogitauit, nasceretur vt supra probatum est in milite testante. Illa enim verba, si non valet. &c. hoc iportant, vt eo casu quo testator voluit eũ habere iure institutiõis, quod si posthumus nõ nasceretur, eo casu habeat. Si testamentum contingeret non valere, vel ex defectu solẽ-
4 nitatis, vel hereditatis nõ adite. † Ex hoc etiã apparet qõ aliud est facere codicillos simpliciter, aliud est dicere, si non valet, &c. z per hoc etiam non obstat d. l. si quis cuz testamentũ qz ibi dicitur, q post natiuitatem posthumi testator superuixisset tanto tempore quod potuisset mutare testamentum si voluisset nam hec obiectio tollitur per l. iij. C. de inofficio. testamen. nam illa coniectura tunc assumitur quando alij filij fuerunt instituti, secus quando extranei, vt ibi patet, z per rationem, quia posito quod testator hoc voluisset illo medio tempore, tamen illa voluntas non fuit legitima, nec facta eorum solenni numero testiuz, z sic nullius valoris, z predicta vera quantum ad illud quod requiritur de viribus illius clausule, z si non valet,
5 vel valebit, &c. † Superest videre, an legata debeantur ex vigore authenti. ex causa. C. de liberis preteritis. Omissis disputationibus breuiter scribo, quod sentio, scilicet quod legata nõ debeantur dicto casu, cũ testator de posthumo non cogitauit, quia sicut hodie ei seruantur legata per d. authentic. ex causa, non obstante preteritione, ita olim in testamento militis obseruatur testamentum, sed tunc non porrigebatur ad dictum casum quando preterijt posthumum, de quo non cogitauit, vt d. l. si cum, vel in vtero. de testamen. milit. ergo etiam ita per ra-

rionem dic.l.si vnquam.quia si reuocatur donatio per natiuita
tē talis posthumi,multo magis legata. ¶Preterea patet ex tex.
in authen.vt cum de appel.cog.§.finaute hec obseruata nō fue
rint.z subdit tex.dicit enim nullum exheredatis liberis piudi
cium,ꝛc.z sequitur ne filij falsis accusationibus condemnētur
ad exheredatos refertur cū non tantum natura, z sic falso ac
cusatur,vel aliam circunscriptionē,z parentum substi.patian
6 tur,hoc refertur ad eos quos testator preterit. ¶†Sciēdū,est
q̄ circūscribere est per dolum aliquem decipere, vt ff. de con
cuss.l.prima.z ibi no,sed contra posthumum quē testator igno
rabat,z non cogitabat,non potest dolus,vel circunscriptio p̄
sumi,vnde verba.d.auc.ad hoc nō referuntur. Ex his ergo cō
cluditur,q̄ legata non debeantur.

ADDITIO.

a Th.Dip. ¶Omne illud. Vide Barto. in auth.ex causa.C. de
libe.preteri.z in apost.in addi.z in addi. Alex.z in l. prima. in
fin.C.de posthu.heredi.instī.z Bart.in consi.xiij.incip.ex facto
proposito.vbi scripsi in addi. ¶Pro intellectu.l.si quis cū nul
lum.ff.de iure codicil.

CONSIL. CCXI.

Qui consentit testatori sup onere per ipsum legato impos
to nō tenēt ipse,sed heredes si sibi nihil in testamēto
a testatore sit relictum,tamen hēdes possunt agere contra eum
actione mandati. Item,si alimenta legantur alicui in certa do
mo,an pōt petere ea extra domū sibi prestari. Item,si alimenta
legata non sunt prestita,an poterit peti eorum estimatio.

1 ¶Nepos an possit petere dictum legatum in totum,vel in par
tem:z an in totum ab heredibus testatoris,an pro dimidia ad
dito fratre.

2 Frater vtrum possit conueniri ab huiusmodi nepote.

3 Voluntas testatoris an z quando inducat mandatum.

4 Nepos predictus an habeat omnia bona dicti fratris obligata
pro alimentis.

5 Nepos an possit petere dictum legatum alimentorum extra do
mum,z nu. 6.

7 Alimenta an z quando possint pro tempore preteritoꝛpeti.

8 Alimentis presentibus,z futuris,quid veniat.

a **Quidam** sibi filios heredes instituit, z fra
tri suo nihil reliquit, sed cuidā ne
poti suo legauit in hec verba. Ité,reliquit,z iudicas
uit tali filio fratris sui vestitū, z victū pro dimidia,
in domo testatoris,z de bonis dicti testatoris:p alia dimidia d
bonis dicti fratris sui,ipso tali fratre presente,volēte,z expresse
3 cōsentiente. ¶†Ex hoc themate primo queritur,an dictus ne
pos possit petere dictum legatum in totum,vel in partem,z an
in totū ab heredibus testatoris,an vero p̄ dimidia ab eis,pro
alia adiecto fratre superstite. Secūdo queritur, quid si dictus
nepos vult petere legatum, z habitare extra domum dicti testa
toris,an possit. Tertio queritur, an possit petere pro preterito
tempore quo sibi nō fuit satisfactum. Quarto queritur,cū pos
sit petere p̄ preterito tempore quid veniat in petitione, an vero
ipsa res,an ipsa rerum estimatio. Super primo punctus est du
bitabilis. ¶Et primo videtur,quod illi heredes teneantur in
solidum,quia ille frater cui nihil erat relictum a testatore non
potuit grauari.casus videtur expressus in l.si duobus.§.j.& lega
ta.j. Ecōtra videtur,quod ille frater teneatur pro sua dimidia,
cum suus cōsensus obligauerit eum,quod euidenter colligitur
in l.Caius.de pig.act.vbi de hoc dubitatur,an subscriptio quā
fecit quis vt testis in testamento,obliget eum, quasi per hoc vi
deatur consentire,presuppositio pro constanti,q& si expresse cō
sensisset,preiudicasset sibi per hoc,z videt expressum.ff.& excus.
tut.l.spadonem.§.j.z Instītu.eo.d.§.item propter.vbi expresse,
qui consentit testatori,obligat se ad id.l.non putauit.§.si quis
b in sua manu.bff.de bonorum possess.cōtra tabu.z iste leges licet
multum videantur facere tamen mihi non satisfaciūt. Nam in
l.Caius.si constaret de consensu expresso,pararetur contra cō
sentientem exceptio,si postea vellet rem petere:hic vero queri
mus,vtrum possit conueniri, z non videtur, cum non apparet
actio qua tenetur,vt infra dicetur. Item nec d. l. spadonem.§.j.
ff.de excu.tuto.quia ibi testator iungebat onus tutele,quod po
terat etiam illo non consentiente per cōsensum:ergo preiudicat
sibi in excusatione,tamen ipsum testamētum ligabit onere tu
tele,vt se excusare non possit. Hoc habetur ibidem in §.si quis
sua manu. Nam testator poterat eum inuitum exheredare,licet
illi competeret querela, in qua sibi preiudicaunt per cōsensum.

2 †Concludo ergo sic,quod illi heredes teneantur insolidum,vt
dict.l.si duobus.§.primo.z ab isto nepote frater non possit con
ueniri.primo per text.in l. cum quis decedens. in princip. ff. de
lega.iij. Item per rationem. Nam actio ex testamento non com
petit,quia nō potuit grauari cū nil fuerit sibi relictum.l. ab eo,
C.de fideicom.z l.j.C.commu.de lega. Item ex illo consensu non
queritur obligatio: quia ex illo nunquam fuit obligatus ille
suo nepoti.qui non proponitur fuisse presens,z cui nil promisit.

3 †Fateor tamen,q̄ illi heredes potuerūt agere actione mandati
contra illū fratrē:quia eius voluntate,z mandato testatoꝛ grauā
uit eos. Nam hec voluntas inducit mandatū.l.j.ff. mand.mayr
me cū testatoꝛ nō fuisset alias relicturus,nec ille sic voluisset.l.si
remunerādi.§.si tibi.ff.man.z predicta sunt vera circa actionē

4 personalē.†Circa hypothecariā,vero dico,quod dictus nepos
c habet omnia bona dicti fratris obligata pro dictis alimentis,
quod sic ostendo. Quando assignātur bona de quibus fieri de
bet prestatio alimentoꝝ,illa videtur p̄ alimētis obligata, vt l.
ij.ff.de ali,z cib.le.z l.Lucius.eo.tit.z ibi no.z l.Caius.& an.leg.
z ibi glo.vnde testatoꝛ designādo, vt p̄ dimidia prestentur ali
mēta de bonis fratris,videtur ea bona obligasse.z ille consensit
obligationi rei sue,z merito perfecta est obligatio bonoꝝ.l.fi
dus.§.j.de pig.ac.z l.cū aliena.& pig.cū sim.z sic facta executio

5 ne super personali possit agere hypothecaria.†Super secūdo
d videtur, quod possit petere extra domum: q̄ eius fauore illud
onꝰ in dubio videtur adiectū specialiter in legato alimentoꝝ.
vt notat Dy.extra de reg.iur.c.imputari.lib.vj.C.de le.l.j.z ibi
per gl.z doc.de annu.lega.l.annua.in prin.z no.eo.tit.l. Seio.z
C.de inst.z substit.cum ergo hic sit aliud onus appositum in fa
uorem tertij.nō cogitur ad illud obseruandū.l. Titio.in princ.
ff.de condi.z demonst. In contrarium videtur,quod hoc etiam
respiciat fauoꝛ heredis,q̄ facilius,z cū minori sūptu prestat
alimēta in domo sua,quā si p̄staret extra domū, vt docet cutēl
6 tia facti.l.iij.§.inter.ff.de in di.addic.† Et ideo cōcludendo di
co,quod extra domū alimenta petere nō potest, si in domo pos
test commode moꝝari:secus si impediretur propter factum, vel
seuitiam heredum. Hoc probatur expresse in l. qui cōcubinam.
§.vrorem.ff.de leg.iij.z de ann.lega.l. Mevia.in prin.z §.j. z ff.
de alim.z cibaria.leg.l.iij.§.fi.a contrario sensu. Facit quod not.in
Spec.qui fil.sint legi.§.j.v.quid si dixit in testamēto. Non obst.
e contraria,quia dico,q̄ in dubio fauore ipsorum legatariorum
intelligo,scilicet,z heredum, z sic fauore vtriusq; ideo si impe
diretur per casum consequitur relictum,sicut si sua sponte im
7 pediatur,vt dictis legibus.†Super tertio respondeo, quod p̄
preterito tempore potest petere alimenta si dictus nepos in do
f mo stetit,vel per eum non remansit.kcasus est in libertis quos,
8 ff.de ali.z cibaria.leg.§.j. ¶†Super quarto est sciendum,quod ali
mentis presentibus,z futuris,non debetur debita quātitas pe
cunie:sed debetur habitatio. Item frumētum, vinum, z cetera
varia,vel necessaria ad victum. Item lectus,z medicina.l.verbo
victu.de verb.signifi.z l.legatum.de ali.z cibaria.leg. z hec erāt in
petitione,facit C.de ero.milit.an.l.j.lib.xij. Nec ad propositum,
pro alimētis preteritis,quedam sunt que pro preterito tempo
re debētur,z ipsa pereūt,vt habitatio. Nā impossibile est.quod
tu des mihi habitationem preteriti tēporis,z tūc pro hoc pete
g tur estimatio.lcasus est ff.de vsufru.leg.i.si vsufructus mihi in
biennium. Quedam sunt que pereūt,tamen non expedit nobis
quod prestentur,vt medicine quibus anno preterito egebam,
nunc non egeo:quia sum sanus,z pro his etiam petetur estima
tio.l.patronus,qui operas.z l.libertus.de oper.lib,Quedā sūt
que expediunt nobis,quod hodie etiam prestentur,vt frumen
tum,seu panis,vinum,z carnes,z vestitus,que annis preteritis
dare debuisti:z in his dico,quod ipsum quondam debitum fuit
petendum:z hic est dictus casus expressus in d.l.libertis quos.
§.j.ff.de ali.z cib.leg.pecunia autem pro eis petenda non est:vt
C.de erog.mil.ann.l.nulli.lib.xij. Barto.

ADDITIONES

a Tho.D. ¶Quidam. De hoc consil.facit mentionem Bart.in
l.libertis.§.j.ff.de alimen.z ciba.lega.vbi dicit se consuluisse: z
Barto.in l.si duobus.§.heres.ff.de legat.j.z ibi vide Paul.de
Castr.vbi etiam scripsi.z Bar.in l.cum quis decedens. in prin.
ff.de lega.iij.Et de isto consi.Barto.vide Joan.de Ana.in con
si.lxiij.visis his que in facto, z Alexand.de Imol.in d. l. si duo
bus.§.heres.z in consil.clxxvij. in sexto volumi. incip. videtur
forsan.

b ¶.§.si quis sua manu. Vide Bart.ibi,z ibi que scripsi in addi
tionibus.

c ¶Circa hypothecariam. Vide Bar.in l.ij.ff.de ali.z cib.lega.z
ibi Alex.in addi.vbi alleg.Bar.hic,z Imo.z Paul.de Cast.in l.
nihil.ff.de leg.j. z Jo. de Ana.in d.consil.liij. in j.dub. in fin.z
Ale.in d.consi.clxxvij.per totum.

d ¶Super secundo. Vide Bart.in l.liberis.§. Lucius.ff.de ali.
z cib.leg. z ibi plures concor. per Alex.z Ang.in consil.cxij.z
Jo.de Ana.in d.consi.liij.in j.dubio.vbi plene ponit, z limitat:
z vide Ang.de Aret.in §.fuerat. Instī.de actio.

Lega

e ¶ Legatariorum. Vide Alex. in d. consi. clxxxviij. in vj. volu. in ci. videtur forsan

f ¶ Non remansit. Vide Phil. dec. i. in l. de alimentis. num. 5. C. de transac.

g ¶ Estimatio. Vide Bar. in tract. ali. & ibi scripsi & eundē in l. libertis. §. j. ff. de alimen. & ci. leg. & ibi Alex. in addit. vbi allegat Bar. hic.

CONSIL. CCXII.

Vbi obligatio post mortem confertur, pactum de futura successione non valet.

1 ¶ Stipulatio vel pactum de successione futura an & quando sit contra bonos mores.

2 Testamentum eius qui cessit bonis valet, licet non habeat heredem.

Promitto tibi, & tu mihi, vt premoriētis sine liberis res debeāt esse superstitis. Ita se habent verba ista. Decessit primo cū liberis, deinde tu sine liberis, an bona tua ad liberos meos debeant deuenire. Et respondi, quandoq; obligatio contrahit sub conditione extitura post mortem. l. vnic. C. vt actiones ab heredibus & contra heredes. et tūc sicut in re singulari potest inri contract⁹ ita & vniuersali iure: puta promitto tibi bona mea post mortē meam. ff. de asti. lid. l. assignare. & no. C. de pact. l. j. sed vbi obligatio post mortem non confertur sed bonū obuentis, successio significatur, & sicut cum testator non obligatur ita talis contrahēs non se obligat tantum, merito non accedit contractui q̄ agitur, de verb. obligationib. l. inter stipulantem. in prin. sed voluntati vltime de leg. ij. l. cum pater §. donationis. & sic successio significatur, vt dictū est. sed cū in proposito sola obuentio post mortem sit collata successio futura, vt pactum deuenisse videtur, & sic cōuentio nullius est momēti, qz sunt certi modi succedendi, vel iure sanguinis. & p l. xij. tab. vel per edicta. vel iure solennis vltime voluntatis q̄ hic non proponūtur, vt ff. de petit. here. l. j. & ff. de leg. ij. l. codicillis. §. fi. Itē,

1 qr̄ stipulatio vel pactū de futura successione, siue in vniuerso, siue in parte est contra bonos mores. si dicam, vis q̄ tibi post mortem tuam sim heres, & tu dicas, volo, inutile est ratione predicta. C. de pac. l. fi. Idem si promitis mihi relinquere post mortem tuam. ff. de iure fisc. l. res, que. §. lites. cadē ratione nec iuramentū valeret. Admit enim facultatem testandi. ff. de verbo. oblig. l. stipulatio hoc modo concepta, sed non eadē ratio in promissione presentiū & futurorū bonorum collata simpliciter, que tunc valet. l. omnes. §. Lucius. ff. que in frau. cre. & l. si pater. C.

2 in offic. dona. vel post mortem. que etiam valet, vt dictū est. † Respondeo non cū eius qui cessit bonis valeat testamentum, licet non habeat heredē. habere tamē potest. Finge enim pupillum esse locupletē, ei substituit p̄mo, deinde sibi instituit. l. ij. §. pr⁹. ff. de vul. & pupil. Igitur substitutio est libera facultas testādi. q̄ eo non declaratur. quia non sit heres qui stipulat, sz actionem querit contra heredem: ergo ea non transeunt in heredem etiā exheredatum. l. j. de curat. bo. dan. & l. si quis instituatur. ff. de hered. instit. Sed supponamus contractū valere, tunc cōditionalis successio non transiret, vt C. de cadu. tol. l. j. §. in nouissimo, & l. is cui. de act. & oblig. licet obligatio conditionalis trāsmittatur. vt Instit. de verbo. obliga. §. ex conditionali. Ex quibus euidenter concluditur heredes meos non posse succedere. Barto.

ADDITIO.

a Tho. D. ¶ Promitto. Vide Lud. Roma. in cōs. xxvj. inci. prodecis. & ibi concludit p̄out hic. & alleg. Bar. in consi. q̄ incip. paterfamilias. & vide plene addita per Bar. hic do. Phil. dec. in l. pactum. C. de colla. & in consi. cciij. an vera. & consil. ccxxv. in causa, que quondam.

CONSIL CCXIII.

Procurator & aduocat⁹ potest esse testis in causa in qua procurauit, vel aduocauit, de iure ciuili & canonico.

1 ¶ Procurator an, & quando possit esse testis in causa quā procurauit.

2 Aduocatus in prima instantia, an possit esse testis in secūda instantia, in causa quam aduocauit.

3 Iudex an possit esse testis in causa quam procurauit.

Aduocatus aut procurator, qui fuerūt in causa principali. p eo qui fuit absolutus a petitione actoris, & actor condemnatus in expensis possint esse testes in causa, in qua reus petit expensas ab actore. in qua causa expensarum predicti aduocat⁹ & procurator non ad fuerūt nec sunt. Et pro examinatione presentis materie primo recitabo opi. gl. & doct. de iure ciuili, & concludam secundum veram opinionem, que communiter tenetur in practica. Secundo, recitabo quid iuris de iure canonico & q̄ cōmuniter tenetur in Romana curia. Et primo de iure ciuili text. videtur in l. deferre. §. iidem decreuerunt. ff. de iure. fis. & gl. ibi tangit. & videtur etiam text. in l. fin. ff. de testib. & ibi gl. que videtur contraria gl. preallegat. §. iidē decreuerunt. gloss. etiam tangit secundum opinionem Azo. in auth. de instrum. can. §. in his. & §. fi. Et primo examinabo de p

1 curatore, secundo de aduocato. † De procuratore glo. in l. fi. ff. de testi. super verbo, in executoribus. tenet expresse, quod procurator possit esse testis in causa quam procurauit. ratione ibi reddidit inter procuratorem: syndicum, tutorem, vel procuratorem. Idem videtur tenere gl. secundū Azo. in §. in his, prealle, glo. tenet contrarium in l. deferre. §. item decreuerunt. ff. de iure fis. super verbo, interrogare. Dy. in d. §. item decreuerunt. concord. istas gloss. quia aut querimus, in procuratore ad iudicia, & tunc habet locum gl. d. §. item decreuerunt. quia procurator ad iudicia non potest esse testis in causa quam procurauit. Aut querimus in procuratore ad negotia, & tunc bene pōt esse testis, & ita intelligit glo. in d. l. fi. ff. de testib. Dy. tangit istā questionem in l. quoniam liberi. C. de testib. & videtur tenere, quod procurator siue ad negotia, siue ad iudicia, nō possit esse testis in causa in qua procurauit. Idem sentit Jaco. de ra. in l. omnibus. eo. tit. do. Ray. tenet, q̄ procurator non possit esse testis in causa in qua procurauit, scilicet finita procuratione. Et hanc opi. recitat Bar. in d. §. item decreuerunt. que opi. originaliter non fuit sua, sed eam recitat Dy. in d. l. quoniā. C. de testib. Do. Jaco. But. in d. l. fi. ff. de testib. tenet idem q̄ Dy. do. Barto. in d. §. item decreuerunt. tenet. q̄ finita causa in qua fuit procurator, quis potest esse testis, si ad eum non spectat commodū, vel incommodum. Spe. in tit. de teste. §. j. versic. item quid fuit. et versi. seq. dicit multa verba & in effectu dicit, q̄ procurator ad iudicia non pōt esse testis durante officio. eo vero finito, sic: vt extra de testib. c. insuper. communiter opin. Ray. & Bar. seruatur in practica, que opi. originaliter non fuit ipsorum, sed aliorum ante eos, videlicet quod procurator durante officio procurationis non pōt esse testis: sed eo finito, si interrogatur, vt testis, de his q̄ fuerunt facta in causa in qua fuit procurator potest testificari, & ita cōmuniter obseruatur, in iure commum, et in practica. Circa hoc vide Dy. C. de testib. l. quoniā liberi. & l. si quis. & ml. ne in arbitris. C. de arbi. & ibi gl. do. Jac. de Ray. in l. deferre. §. item decreuerunt. ff. de iure fis. Spec. in ti. de teste. §. j. versi. item quod fuit. & versi. seq. De iure autem canonico, tā in theorica, quam in practica, remitto ad c. insuper. eo. tit. & ibi

